



Tabulę capitulorū i libros sequētes

Capitula libri primi		
De imitatiōe xp̄i ⁊ de cōtēptu oīus vanitatū mūdi Cap. i. charta	1	
De humili sentire suiipsi. cap. ij.	1	
De doctrina veritatis. cap. iij.	1	
De prudētia in agēdis. cap. iiii.	2	
De lectiōe scāz scripturaz. cap. v.	2	
De inordinat. affectiōib. cap. vi.	2	
De vana spe ⁊ elatione fugi- enda cap. vii.	2	
De cauenda nimia familiari- tate cap. viii.	2	
De obediētia ⁊ subiectiōe. cap. ix.	3	
De cauenda superfluitate ver- borum cap. x.	3	
De pace acquirenda ⁊ celo pro- ficiendi cap. xi.	3	
De vtilitate aduersitat. cap. xij.	3	
De tētatiōib. resistēdis. cap. xiiij.	4	
De temerario iudicio vi- tando cap. xiiij.	4	
De operibus ex charitate factis cap. xv.	5	
De sufferentia defectuū alio- rum cap. xvi.	5	
De monastica vita. cap. xvij.	5	
De exēplis scōz patrū. cap. xviiij.	5	
De exercitijs boni reli- giosi cap. xix.	6	
De amore solitudinis ⁊ si- lentij cap. xx.	6	
De cōpunctione cordis. cap. xxi.	7	
De consideratione humane miserie cap. xxij.	8	
De meditatiōe mort. cap. xxiiij.	8	
De iudicio ⁊ penis pecca- torum cap. xxiiij.	9	
De feruenti emendatione to- tius vitę nostrę cap. xxv.	10	

Capitula libri secundi		
De interna cōuersatiōe. Cap. i.	11	
De humili submissione sub prelati regimine cap. ij.	11	
De bono pacifico hoīe. cap. iij.	12	
De pura mente ⁊ simplici in- tentione cap. iiii.	12	
De ppria cōsideratiōe. cap. v.	12	
De leticia bonę cōsciētię. cap. vi.	13	
De amore ihu sup oīa. cap. vii.	13	
De familiari amicitia ihu cap. viii.	13	
De carētia oīs solatiij. cap. ix.	14	
De gratitudine p grā dei. cap. x.	14	
De paucitate amatorum cru- cis ihu cap. xi.	15	
De regia via sanctę cru- cis cap. xii.	15	
Capitula libri tertij		
De interna xp̄i locutione ad animam fidelem Cap. i.	17	
Q. veritas intus loquit sine strepitu verborum cap. ij.	17	
Q. verba dei cum humilitate sunt audienda ⁊ q. multi ea non ponderant cap. iij.	17	
Oratio ad implorandum de- uotionis gratiam cap. iij.	18	
Q. in veritate ⁊ humilitate co- rā deo cōuersandū est cap. v.	18	
De mirabili effectu diuini amoris cap. vi.	18	
De pbatiōe veri amator. cap. vii.	19	
De occultanda gratia sub hu- militatis custodia cap. viii.	20	
De vili estimatiōe suiipsius in oculis dei cap. ix.	20	
Q. omnia ad deū sicut ad finē ultimū sunt referenda. cap. x.	21	
Q. spreto mundo dulce est ser- uire deo cap. xi.	21	



**Q**ue desideria cordis examinan-  
 da sunt et moderanda. cap. xij. 21  
**D**e informatione patientie et  
 luctamine aduersus concupi-  
 scencias cap. xij. 22  
**D**e obedientia humilis subditi  
 ad exemplum ihu xpi. cap. xiiij. 22  
**D**e occultis dei iudicijs con-  
 siderandis ne extollamur in  
 bonis cap. xv. 22  
**Q**ualiter standum sit ac dicendum  
 in omni re desiderabili. cap. xvj. 23  
**O**ratio pro beneplacito dei per-  
 ficiendo cap. xvij. 23  
**Q**ue verum solatium in solo deo  
 est querendum cap. xviii. 23  
**Q**ue omnis sollicitudo in deo  
 ponenda est cap. xix. 23  
**Q**ue temporales misericordie xpi  
 exemplo equanimiter sunt  
 ferende cap. xx. 24  
**D**e tolerantia iniuriarum et quis  
 verus patiens probeat. cap. xxi. 24  
**D**e confessione proprie infirmitatis  
 et huius vite miseris. cap. xxij. 24  
**Q**ue in deo super omnia bona et do-  
 na requiescendum est. cap. xxiiij. 25  
**D**e recordatione beneficiorum  
 dei multiplicium. cap. xxiiij. 25  
**D**e quattuor magnam impor-  
 tantibus pacem cap. xxv. 26  
**O**ratio contra cogitationes  
 malas cap. xxvi. 26  
**O**ratio per illuminationem men-  
 tis deuotissima cap. xxvij. 26  
**D**e euitatione curiosae inquisitio-  
 nis super alterius vita. cap. xxviii. 26  
**I**n quibus firma pax cordis et  
 verus perfectus consistit. cap. xxix. 27  
**D**e eminentia liberę mentis et  
 que supplex oratio magis me-

retur que lectio cap. xxx. 27  
**Q**ue prius amorem a summo bono  
 maxime retardat cap. xxxi. 27  
**O**ratio pro purgatione cordis  
 et celesti sapientia cap. xxxij. 28  
**C**ontra linguas obrectato-  
 rum cap. xxxiiij. 28  
**Q**ualiter instante tribulatione  
 deus inuocandus est et benedi-  
 cendus cap. xxxiiij. 28  
**D**e diuino petendo auxilio et  
 confidentia recuperande gra-  
 tie cap. xxxv. 28  
**D**e neglectu omnis creature ut cre-  
 ato: possit inueniri. cap. xxxvi. 29  
**D**e abnegatione sui et abdicatione  
 omnis cupiditatis cap. xxxvij. 29  
**D**e instabilitate cordis et de  
 intentione finali ad deum ha-  
 benda cap. xxxviii. 29  
**Q**ue amanti sapit deus super omnia  
 et in omnibus cap. xxxix. 30  
**Q**ue non est securitas a tentatio-  
 ne in hac vita cap. xl. 30  
**C**ontra vana hominum iu-  
 dicia. cap. xli. 30  
**D**e pura et integra resignatione  
 sui ad obtinendam cordis liber-  
 tatem cap. xli. 31  
**D**e bono regimine in externis et re-  
 cursu ad deum in piculis. cap. xliij. 31  
**Q**ue homo non sit importunus  
 in negocijs cap. xliiiij. 31  
**Q**ue homo nihil boni ex se habet et  
 de nullo gloriari potest. cap. xlv. 31  
**D**e contemptu omnis temporalis  
 honoris cap. xlvi. 32  
**Q**ue pax non est ponenda in ho-  
 minibus cap. xlvij. 32  
**C**ontra vanam et secularem sci-  
 entiam cap. xlvij. 32

De non attrahendo sibi res ex-  
 teriores cap. xlix. 33  
 De omnib' nō ē credendū. et de  
 facili lapsu verborū cap. l. 33  
 De cōfidentia in deo habēda quā  
 insurgūt verborū iacula. cap. li. 33  
 De omnia graua pro eterna  
 vita sunt toleranda. cap. lii. 34  
 De die eternitatis et huius vite  
 angustijs cap. liii. 34  
 De desiderio eterne vite et quan-  
 ta sint certantibus bona pro  
 missa cap. liii. 35  
 Qualiter hō desolatus debeat  
 in man' dei se offerre. cap. lv. 36  
 De humilib' insistendū est opib'  
 cū deficitur a sumis cap. lvi. 36  
 De homo non reputet se conso-  
 latione dignū s; magis verbe-  
 ribus reum cap. lvii. 37  
 De gratia que non miscetur ter-  
 rena sapientibus cap. lviii. 37  
 De diuersis motibus nature et  
 gratie cap. lix. 37  
 De corruptiōe nature et efficacia  
 gratie diuine cap. lx. 38  
 De nosipos abnegare et xpm  
 imitari debem' p' crucē. cap. lxi. 39  
 De homo non sit nimis deie-  
 ctus quādo in aliquos labit  
 defectus cap. lxii. 39  
 De altiorib' reb' et occultis iudi-  
 cijs dei nō scrutādis. cap. lxiii. 40  
 De omnis spes et fiducia in solo  
 deo est figenda cap. lxiiii. 41  
 Capitula libri quarti  
 Cum quanta reuerentia xps sit  
 suscipiendus cap. i. 41  
 De magna bonitas et charitas  
 dei in sacramento exhibetur  
 homini cap. ii. 42

De vtile sit sepe coicare. cap. 3. 43  
 De multa bona prestant' deuo-  
 te cōmunicantibus cap. iiii. 43  
 De dignitate sacramenti et sta-  
 tu sacerdotali cap. v. 44  
 Interrogatio de exercitio ante  
 cōmunionem cap. vi. 44  
 De discussione proprie consci-  
 entie et emendationis ppo-  
 sito cap. vii. 45  
 De oblatione xpi in cruce et pro-  
 pria resignatione cap. viii. 45  
 De nos et omnia nostra deo de-  
 bemus offerre et pro omnibus  
 orare cap. ix. 45  
 De sacra cōmunio de facili non  
 est relinquenda cap. x. 46  
 De corpus xpi et sacra scriptu-  
 ra maxime sint anime fidei  
 necessaria cap. xi. 46  
 De magna diligētia se debeat coi-  
 catur' xpo preparare. cap. xii. 47  
 De toto corde anima deuota xpi  
 vnionē in sacramento affectare  
 debet cap. xiii. 48  
 De quorundā deuotorū ar-  
 denti desiderio ad corpus  
 xpi cap. xiiii. 48  
 De gratia deuotionis humili-  
 tate et sui ipsius abnegatione  
 acquiritur cap. xv. 48  
 De necessitates nostras xpo ape-  
 rire et eius gratiā postulare de-  
 bemus cap. xvi. 49  
 De ardēti amore et vehementi af-  
 fectu suscipiēdi xpm. cap. xvii. 49  
 De homo nō sit curiosus scru-  
 tator sacramenti sed humilis  
 imitator xpi. subdendo sensum  
 suum sacre fidei cap. xviii. 50  
 Laus Deo



**I**ncipit liber primus Johannis  
 Serlon cancellarij parisiensis.  
 De imitatione xpi et de contemptu  
 omnium vanitatum mundi Cap. 1.

**Q**ui sequitur me  
 non ambulat in tenebris  
 sed habebit lumen vite di-  
 cit dominus. Hec sunt verba christi  
 quibus ammonemur quatenus vitam eius  
 et mores imitemur. si velimus veraciter  
 illuminari: et ab omni cecitate cor-  
 dis liberari. Summum igitur studium  
 nostrum sit in vita ihesu christi meditari.  
 Doctrina christi omnes doctrinas san-  
 ctozum precellit: et qui spiritum haberet  
 absconditum. ibi manna iueniret. Sed  
 contingit quod multi ex frequenti audi-  
 tu euangelij paruulum desiderium sentiunt:  
 quod spiritum christi non habent. Qui autem  
 vult plene et sapide christi verba intelli-  
 gere: oportet ut totam vitam suam illi  
 studeat conformare. Quid prodest  
 tibi alta de trinitate disputare. si  
 careas humilitate vnde displiceas  
 trinitati? Vere alta verba non faciunt  
 sanctum et iustum. sed virtuosa vita effi-  
 cit deo charum. Propterea magis sentire  
 compunctionem. quam scire eius definitionem.  
 Si scires totam bibliam exterius et omnium  
 philosophorum dicta: quod totum prodes-  
 set sine charitate dei et gratia? Vanitas  
 vanitatum et omnia vanitas: propter  
 amare deum et illi soli seruire. Ista est  
 summa sapientia per contemptum mundi rede-  
 re ad celestia regna. Vanitas igitur est  
 diuitias perituras querere. et in illis  
 sperare. Vanitas quoque est honores am-  
 bire et in altum se extollere. Vanitas est

carnis desideria sequi. et illud de-  
 siderare vnde postmodum grauiter  
 oportet puniri. Vanitas est longam  
 vitam optare: et de bona vita paruim  
 curare. Vanitas est presentem vitam  
 solum attendere: et que futura sunt non  
 preuidere. Vanitas est diligere quod  
 cum omni celeritate transit: et illuc non  
 festinare vbi sempiternum gaudium ma-  
 net. Memeto illius frequentem pro-  
 uerbum: quod non satiat oculus visu. nec  
 auris implet auditu. Stude igitur cor-  
 tuum ab amore visibilium abstrahere:  
 et ad inuisibilia te transferre. Quia se-  
 quentes suam sensualitatem. maculant  
 conscientiam et perdunt dei gratiam.

De humili sentire sui ipsi Cap. 2

**O**mnis homo naturaliter  
 scire desiderat: sed scientia  
 sine timore dei quod importat?  
 Melior est profecto humilis rusticus  
 qui deo seruit: quam superbus philosophus  
 qui se neglecto cursum celi considerat.  
 Qui bene seipsum cognoscit. sibi ipsi  
 vilescit. nec laudibus delectatur huma-  
 nis. Si scire omnia que in mundo sunt et  
 non essem in charitate: quod me iuaret  
 coram deo. quod me iudicaturus est ex facto?  
 Quiesce a nimio sciendi desiderio:  
 quod magna ibi iuenitur distractio et de-  
 ceptio. Sciens libenter voluit videri  
 et sapientes dici. Multa sunt que  
 scire parum vel nihil anime profunt:  
 Et valde insipiens est qui alijs inten-  
 dit quam his que salutem suam deseruiunt.  
 Multa verba non satiant animam: sed  
 bona vita refrigerat mentem: et pura  
 conscientia magna prestat ad deum confi-  
 dentiam. Quanto plus et melius scis:



tanto graui⁹ inde iudicaberis nisi  
sanctius vixeris. Noli g̃ extolli de  
vlla arte uel sciētia. sed potius time  
de data tibi noticia. Si tibi videt̃  
q̃ multa scis ⁊ satis bene itelligis ⁊  
scito tamē q̃ sunt multo plura que  
nescis. Noli altū sapere: s; ignorā-  
tiā tuā magis fatere. Quid vis te  
alicui p̃ferre. cū plures doctiores  
te inueniant. ⁊ magis i lege periti ⁊  
Si vis vtilit̃ aliqd̃ scire ⁊ discere:  
ama nesciri ⁊ pro nihilo reputari.  
Hęc ē altissima ⁊ vtilissima lectio:  
sui ipsi⁹ vera cognitio ⁊ despectio.  
De seipso nihil tenere. ⁊ de alijs sem-  
per bene ⁊ alte sentire. magna sapi-  
entia ē ⁊ p̃fectio. Si videris aliquē  
ap̃te peccare uel aliqua grauia p̃pe-  
trare. nō debes te tamē meliorē esti-  
mare. q̃ nescis q̃ diu possis i bono  
stare. Omnes fragiles sum⁹: sed tu  
nemine fragiliozē teipso tenebis.

De doctrina veritatis Cap. iij.

**A**lix quē veritas p̃ se docet  
nō p̃ figuras ⁊ voces trās-  
eunt: sed sicuti se habet.

Nostra opinio ⁊ noster sensus sepe  
nos fallit: ⁊ modicū videt. Quid  
prodest magna cauillatio de occultis  
⁊ obscuris rebus: de quib⁹ nec ar-  
guemur in iudicio q̃ ignorauim⁹:  
Grādis insipiētia q̃ neglectis vti-  
libus ⁊ necessarijs. vltro intendim⁹  
curiosis ⁊ damnosis. Oculos ha-  
bentes nō videmus. Et quid curē  
nobis de generib⁹ ⁊ speciebus? Cui  
eternū ṽbū loquit̃. a mult⁹ opinio-  
nib⁹ expedit. Ex vno ṽbo oia ⁊ vnū  
loquit̃ omnia. ⁊ hoc est p̃ncipiū qd̃

⁊ loquit̃ nobis. Nemo sine illo in-  
telligit. aut recte iudicat. Cui oia  
vnū sūt ⁊ oia ad vnū trahit ⁊ oia i  
vno videt. potest stabilis corde esse  
⁊ in deo pacific⁹ p̃manere. O veri-  
tas de⁹ fac me vnū tecū i charitate  
p̃petua. Lēdet me sepe multa lege-  
re ⁊ audire. In te est totū qd̃ volo  
⁊ desidero. Taceant oēs doctores.  
fileāt vniuersę creaturę in cōspectu  
tuo. tu mihi loquere solus. Quāto  
aliquis magis vnitus sibi ⁊ interi⁹  
simplificat⁹ fuerit: tāto plura ⁊ al-  
tiora sine labore intelligit: q̃ desup̃  
lumen intelligentię accipit. Durus  
simpler ⁊ stabilis spiritus in mult⁹  
operibus nō dissipat. q̃ oia ad dei  
honorē operat̃: ⁊ in se ociosus ab oi-  
ppria exquisitiōe esse nitit̃. Quis  
te magis impedit ⁊ molestat. q̃ tua  
imortificata affectio cordis? Bon⁹  
⁊ deuot⁹ homo opera sua prius int⁹  
disponit: que foris agē debet. Nec  
illa trahunt eū ad desideria vitiosę  
inclinatiōis: sed ipse inflectit ea ad  
arbitriū rectę ratiōis. Quis habet  
forti⁹ certamē. q̃ qui nitit̃ vincere  
seipsū? Et hoc deberet esse negociū  
nostrū. vincere videlicet seipsum: ⁊  
quotidie seipso fortiozē fieri: atq̃  
in meli⁹ aliqd̃ p̃ficere. Dis p̃fectio  
in hac vita quādā impfectionē sibi  
habet annexā. ⁊ ois speculatio no-  
stra quādā caligine nō caret. Ihu-  
milis tui cognitio certioz via ē ad  
deū: q̃ profundę sciētię inquisitio.  
Nō est culpāda sciētia: aut queli-  
bet simplex rei noticia: que bona ē  
i se cōsiderata ⁊ a deo ordinata: s; }

preferenda est semp bona cōsciētia ⁊ virtuosa vita. Quia nō plures magis studēt scire q̄ bene viuere. ideo sepe errāt; ⁊ pene nullū uel modicū fructū ferūt. **S**i tantā adhiberēt diligētīā ad extirpāda vitia ⁊ virtutes inserēdas. sicuti ad mouēdas questiones; nō fierent tāta mala ⁊ scandala ī populo. nec tāta dissolutio ī cenobijs. **C**erte adueniēte die iudicij nō querēt a nobis qd legim⁹ s; quid fecimus; nec q̄ bene dixim⁹ s; q̄ religiose vixim⁹. Dic mihi vbi sunt modo oēs illi domini ⁊ magistri quos bene nouisti dū adhuc uerēt ⁊ in studijs flozerēt. Jam eoz p̄bēdas alij possidēt. ⁊ nescio vtrū de eis recogitāt. In vita sua aliqd videbant; ⁊ modo de illis taceēt. **Q**̄ cito transit gloria mūdi. Utinā vita eoz. sciētīę ipsoz cōcordasset: tunc bene studuissent ⁊ legissent. **M**ulti pereūt p̄ vanā sciētīā in hoc seculo. qui paz curāt de dei seruitio. **E**t q; magis eligunt magni esse q̄ humiles: ideo euanesūt in cogitationib⁹ suis. **V**ere magnus est qui magnā habet charitatē. **V**ere magnus ē qui ī se paru⁹ est: ⁊ p̄ nihilo omne culmen honoris ducit. **V**ere prudens ē qui oīa terrena arbitrat ut stercoza: ut xpm lucrifaciat. **E**t vere bene doct⁹ est: q̄ dei voluntatē facit: ⁊ suam voluntatē relinquit.

De prudentia in agēdis Cap. iij.

**N**ō ē credendū omni vbo nec instinctui: sed caute ⁊ longanimiter res ē fm deū ponderanda. **P**roobdolo: sepe malū

facili⁹ q̄ bonū de alio credit⁹ ⁊ dicit. ita infirmi sumus. **S**ed perfecti viri nō facile credūt omni enarrātī quia sciūt infirmitatē humanā ad malū p̄cliuā ⁊ ī verbis satis labilē. **M**agna sapientia est nō esse p̄cipitē in agēdis. nec pertinaciter in p̄p̄ijs sensibus stare. **A**d hanc etiā p̄inet. nō quibuscūbet hominū verbis credere: nec audita uel credita mox ad alioz aures effundere. **C**ū sapiente ⁊ cōscientioso viro cōsiliū habe: ⁊ quere potius a meliore instrui. q̄ tuas adinventiones sequi. **B**ona vita facit hominē sapientē fm deū. ⁊ expertū in mult. **Q**uāto q̄s in se humilio: fuerit ⁊ deo subiectio: tāto in omnibus erit sapientio: ⁊ pacatio.

De lectione sanctarum scripturarum Cap. v.

**V**eritas ē in scripturis sanctis querēda. nō eloquētia. **O**mnis scriptura sacra eo spū debet legi quo facta ē. **Q**uerere poti⁹ debem⁹ utilitatē in scripturis q̄ subtilitatē sermonis. **I**ta libentē deuotos ⁊ simplices libros legere debemus sicut altos ⁊ profundos. **N**ō te offendat auctoritas scribētū vtz parue uel magne litteraturę fuerit: s; amor pure veritatē te trahat ad legendū. **N**ō queras quis hoc dixerit: s; qd dicat attende. **H**oies transeunt: s; veritas dñi manet in eternū. **S**ine p̄sonarū acceptione varijs modis loquit⁹ nobis deus. **C**uriositas nostra sepe nos impedit ī lectiōe scripturarū: cū volum⁹

intelligere et discutere. ubi simplicitate  
esset transeundum. Si vis profectum  
haurire. lege humiliter simpliciter et  
fideliter: nec unquam velis habere no-  
men scientie. Interroga libenter. et  
audi tacens verba sanctorum: nec dis-  
pliceant tibi parabole seniorum: sine  
causa enim non proferuntur.

De inordinatis affectionibus Cap. vi

**Q**uando cum homo aliquid  
inordinate appetit: statim  
in se inquietus fit. Superbus  
et auarus nunquam quiescunt. Pauper et  
humilis spiritu in multitudine pa-  
cis conuersantur. Homo qui necdum  
perfecte in se mortuus est: cito tentatur et  
vincitur in paruis et vilibus rebus. In-  
firmus spiritu et quodammodo adhuc car-  
nalis et ad sensibilia inclinatur. diffi-  
culter se potest a terrenis desideriis ex-  
toto abstrahere: Et ideo sepe ha-  
bet tristitiam cum se subtrahit. leui-  
ter etiam indignatur si quis ei resistit.  
Si autem persecutus fuerit quod concu-  
piscit: statim ex reatu conscientie gra-  
uatur: quia secutus est passionem suam: que  
nihil iuuat ad pacem quam quesitum.  
Resistendo igitur passionibus inuenitur  
vera pax cordis. non autem seruiendo  
eis. Non est ergo pax in corde hominis  
carnalis. non in homine exterioribus  
dedito: sed in seruido spirituali.

De vana spe et elatione sur-  
gienda Cap. vii.

**A**nus est qui spem suam ponit  
in hominibus aut in creaturis  
Non te pudeat alijs serui-  
re amore ihesu christi: et pauperem in hoc  
seculo videri. Non stes super teipsum:

sed in deo spem tuam constitue. Fac  
quod in te est: et deus aderit bonae  
voluntati tuae. Non confidas in tua  
scientia. uel cuiusquam astutia uiuen-  
tis: sed magis in dei gratia: qui ad-  
iuuat humiles: et de se presumptentes  
humiliat. Ne gloriaris in diuitiis  
si adsunt: nec in amicis quia potentes  
sunt: sed in deo qui omnia prestat:  
et seipsum super omnia dare desiderat.  
Non te extollas de magnitudine  
uel pulchritudine corporis: que mo-  
dica infirmitate corrumpitur et defecatur  
Non placeas tibiipsum de habilitate  
aut ingenio tuo. ne displiceas deo:  
cuius est totum quicquid boni naturaliter  
habueris. Non te reputes alijs me-  
liorem. ne forte coram deo deterior ha-  
bearis: qui scit quid est in homine.  
Non superbias de operibus bonis: quia  
aliter sunt iudicia dei quam hominum:  
cui sepe displicet quod hominibus  
placet. Si aliquid boni habueris:  
crede de alijs meliora. ut humilitate  
conserues. Non nocet si omnibus te  
supponas: nocet autem plurimum si uel  
vni te preponas. Fugis pax cum hu-  
mili: in corde autem superbi celus et  
indignatio frequens.

De cauenda nimia familia-  
ritate Cap. viii.

**N**on omni homini reueles  
cor tuum: sed cum sapiente et ti-  
mido deum age causam tuam.  
Cum iuuenibus et extraneis rarus esto  
Cum diuitibus noli blandiri: et coram  
magnatis non libenter appareas.  
Cum humilibus et simplicibus. cum de-  
uotis et morigeratis sociare: et que

edificatiōis sūt ptracta. Nō sis familiaris alicui mulieri: s; in cōmuni oēs bonas mulieres deo cōmenda. Soli deo et angelis ei' opta familiaris esse: et hominū noticiā deuita. Charitas habenda ē ad oēs: s; familiaritas nō expedit. Quandoq; accidit ut persona ignota et bona fama luceat: cui' tamē p' sentia oculos intuentium obfuscat. Putam' aliqu' alijs placere et cōiunctiōe nostra: et incipim' magis displicere ex morum improbitate in nobis considerata.

De obediētia et subiectiōe Cap. ix

**A**lde magnū ē i obediētia stare sub p'elato viuere: et sui iuris non esse. Multo tutius est stare in subiectiōe. q̄ in p'elatura. Multi sūt sub obediētia magis ex necessitate q̄ ex charitate: et illi penā habēt et leniter murrant: nec libertatē mentis acquirunt. nisi ex toto corde propter deū se subiiciāt. Curre hic uel ibi: non inuenies quietē nisi in humili subiectiōe sub p'elati regimine. Imaginatio locoꝝ et mutatio multos fefellit. Verū est q̄ vnusquisq; libēter agit p' sensu suo: et inclināt ad eos magis qui secū sentiunt. S; si deus ē inter nos. necesse est ut relinquam' etiā q̄q; nostrum sentire propter bonum pacis. Quis est ita sapiens qui oīa plene scire potest? Ergo noli nimis in sensu tuo cōfidere: sed uelis etiam libenter alioꝝ sensū audire. Si bonū ē tuū sentire: et hoc ipsū p'pter deū dimittis et

aliū seq̄ris. magis ex inde pficies. Audiui enim sepe. securius esse audire et accipere consiliū q̄ dare. Pōt enim contingere ut bonū sit vniuscuiusq; sentire. s; nolle alijs acquiescere cū id ratio aut causa postulat signū est superbię et pertinacię.

De cauenda superfluitate  
verborum Cap. x.

**A**ueas tumultū hoīuz q̄ tū potes. multū enim impedit tractatus seculariū gestoꝝ etiam si simplici intentione proferrant. Lito enim inquinamur uanitate et captiuamur. Vellem me pluries tacuisse et inter homines non fuisse. Sed quare tā libenter loquimur et inuicē fabulamur. cū tū raro sine lesione cōsciētię ad silentiū redim'? Ideo tā libent' loquimur. qz per mutuas locutiōes ab inuicē cōsolari querim': et cor diuersis cogitatiōib' fatigatū optam' releuare. Et multū libent' de his que multū diligim' uel cupim': uel que nobis p'traria sentim'. libet loqui et cogitare. Sed phdolo: sepe inaniter et frustra: Nā hęc exterior cōsolatio interioris et diuinę cōsolationis nō modicū detrimētū ē. Ideo uigilandū est et orandū. ne tempus ociose transeat. Si loqui licet et expedit: que edificabilia sūt loquere. Multus usus et negligentia pfectus nri multū facit ad incustodiā oris nostri. Inuat tū non parū ad profectū spūalē deuota spūaliū rerū collatio maxime ubi pares animo et spiritu in deo sibi sociantur.

De pace acquirenda et celo  
proficiendi Cap. xi.

**Q**uamquam possemus pacem habere. si non vellemus nos cum aliorum dicitis et facitis que ad nostram curam non spectant occupare. Quomodo potest ille diu in pace manere qui alienis curis se intermiscet: qui occasiones forinsecus querit: qui parum uel raro se intrinsecus colligit. Beati simplices. quoniam multam pacem habebunt. Quare quidam sanctorum tam perfecti et contemplatiui fuerunt? Quia omnia seipsum mortificare ab omnibus terrenis desideriis studuerunt: et ideo totis medullis cordis deo inherere atque libere sibi vacare potuerunt. Nos quidem nimium occupamur propriis passionibus: et de transitoriis nimis sollicitamur. Raro etiam unum vitium perfecte vincimus: et ad quotidianum perfectum non accedimus: ideo frigidi et tepidi remanemus. Si essemus nobis ipsis perfecte mortui: et interius minime implicati: tunc possemus etiam diuina sapere et de celesti contemplatione aliquid experiri. Totum et maximum impedimentum est. quod non sumus a passionibus et concupiscentiis liberi: nec perfectam sanctorum viam conamur ingredi. Quando etiam modicum aduersitatis occurrit: nimis cito deieciuntur: et ad humanas consolationes conuertuntur. Si iteremur sicut viri fortes stare in celis. perfecto auxilium domini videremus ipse nos de celo. Ipse enim certans de gratia sua sperans paratus est adiuvare: qui nobis certandi occa-

siones procurat. ut vincamus. Si tamen in istis exterioribus obseruationibus profectum religionis ponimus. cito finem habebit deuotio nostra. Sed ad radicem securim ponamus: ut purgati a passionibus pacificam mentem possideamus. Si omni anno unum vitium extirparemus. cito viri perfecti efficeremur. Sed modo e contrario sepe sentimus: ut meliores et puriores in initio conuersionis nos fuisse inueniamus. quam post multos annos professionis. Feruor et profectus noster quotidie deberet crescere: sed nunc per magno videtur. si quis primi feruoris partem posset retinere. Si modicam violentiam faceremus in principio. tunc postea cuncta possemus facere cum leuitate et gaudio. Breue est assuetudinem dimittere: sed grauius est contra propriam voluntatem ire. Sed si non vincis parua et leuia. quam superabis difficiliora? Resiste in principio inclinationi tue et malam desiste consuetudinem forte paulatim ad maiorem te ducat difficultatem. Quod si aduerteres quantum tibi pacem et aliam leticiam faceres. te ipsum bene habendo: puto quod sollicitior esses ad spirituale profectum.

De utilitate aduersitatis Cap. xii.

**B**onum est nobis quod aliquando habemus aliquas grauitates et contrarietates. quod sepe hominem ad cor reuocant: quatenus se in exilio esse cognoscat: nec spem suam in aliqua re mundi ponat. Bonum est quod patiamur quicquid contradictores et quod male et imperfecte de nobis sentiant. etiam si bene actimus et intendimus.



Ista sepe inuāt ad humilitatē: et a  
vana gloria nos defendūt. Tūc enī  
melius interiorē testē deū querim⁹:  
qñ foris vilipendimur ab hoibus;  
et non bene nobis creditur. Ideo  
deberet se homo in deo totalitē fir-  
mare: ut non esset ei necesse multas  
consolatiōes querere: Quā hō bonę  
volūtatis tribulat⁹ uel tentatur aut  
malis cogitatiōibus affligit⁹: tunc  
deū sibi magis necessariū intelligit  
sine quo nihil boni se posse depre-  
hendit. Tunc etiam tristat⁹. gemit  
et orat pro miseris quas patit⁹. Tūc  
tedet cū diuti⁹ uiuere. mortē optat  
inuenire. ut possit dissolui et cū xpō  
esse. Tūc etiā bene aduertit pfectā  
securitatē et plenā pacem in mundo  
non posse constare.

De tentationibus resisten-  
dis Cap. xiiij.

**Q**uādiu in mundo uiuim⁹:  
sine tribulatione et tenta-  
tiōe esse nō possum⁹. Unde  
in Job scriptum est: Tentatio est  
uita hoīs super terrā. Ideo unus-  
quisq; sollicitus esse deberet circa  
tentatiōes suas et vigilare i oīonib⁹  
ne diabol⁹ locū inueniret decipiēdi:  
qui nūq; dormitat: sed circuit que-  
rēs quē deuoret. Nemo tam pfect⁹  
ē et sanct⁹ q nō habeat aliquā tenta-  
tiōes. et plene eis carere nō possum⁹.  
Sunt tñ tentationes hoī sepe val-  
de utiles. licet moleste sint et gra-  
ues: q: in illis hō humiliat⁹ purgat⁹  
et erudit⁹. Omnes sancti per multas  
tribulatiōes et tentatiōes trāsierūt  
et profecerunt. Et qui bene tenta-

tiōes sustinere nequiuērūt: reprobi  
facti sunt et defecerūt. Non est ali-  
quis ordo tam sanctus nec loc⁹ tam  
secretus. vbi nō sint tentatiōes uel  
aduersitates. Non est hō securus a  
tentationib⁹ totalitē q̄ diu vixerit:  
q: in nobis est vnde tentamur ex q̄  
in concupiscētia nati sumus. Una  
tentatiōe seu tribulatiōe recedente  
alia superuenit: et semp aliquid ad  
patiendū habebim⁹. Quā bonū fel-  
citaris nostrę perdidimus. Multi  
querunt tentatiōes fugere. et graui⁹  
incidunt in eas. Per solā fugā non  
possum⁹ vincere. sed per patientiā et  
verā humilitatē oibus hostib⁹ effi-  
cimur fortiores. Qui tantūmodo  
exterius declinat nec radicē euellit.  
parū proficiet: imo citi⁹ ad eū tenta-  
tiōes redient et peius sentiet. Pau-  
latim et p patientiā cū lōganimitate  
deo iuuāte melius superabis. q̄ cū  
duritia et iportunitate p̄pria. Scri-  
pt⁹ accipe consiliū in tentatione. et cum  
tentato noli duriter agere: sed con-  
solationēingere: sicut tibi optares  
fieri. Initiū omniū malarū tenta-  
tionum inconstantia animi et parua  
ad deū cōfidentia: quia sicut navis  
sine gubernaculo hincinde a flucti-  
bus impellit⁹: ita hō remissus et suū  
propositū deserens varie tentatur.  
Ignis pbat ferrū: et tentatio ho-  
minē iustū. Nescimus sepe qd pos-  
sumus: sed tentatio aperit quid su-  
mus. Vigilandū ē tñ precipue circa  
initium tentatiōis: q: tunc facilius  
hostis vincit. si ostiū mentis nul-  
laten⁹ intrare sinit⁹: sed extra lumen

statim ut pulsauerit. illi obuiat. Un-  
quidā dixit: Principijs obsta: sero  
medicina parat. Eū mala p longas  
conualuere moras. Nam primo oc-  
currit menti simplex cogitatio: de-  
inde fortis imaginatio: postea de-  
lectatio et motus prauus et assensio.  
Sicq; paulatim ingreditur hostis  
malignus ex toto. dū illi nō resistit in  
principio. Et quāto diutius q̄s ad  
resistendū torpuerit: tanto i se quo-  
tidie debilitio: fit: et hostis cōtra eū  
potētio. Quidā in principio con-  
uersionis suę grauiōres tentatiōes  
patiunt: quidā autē in fine: quidā  
nō quasi p totam vitā suā male ha-  
bent. Nōnulli satis leuiter tentant  
s̄m diuinę ordinatiōis sapientiā et  
eq̄tatē: q̄ statū et merita hoīus pen-  
sat: et cuncta ad electoꝝ suoꝝ salutē  
p̄coordinat. Ideo nō debem⁹ despe-  
rare cū tentamur: sed eo feruenti⁹  
deū exorare: quatenus nos i oī tri-  
bulatiōe dignet̄ adiuuare: q̄ utiq; s̄m  
dictū pauli talē faciet cū tenta-  
tione p̄uētū: ut possim⁹ sustinere.  
Humiliemus ergo animas nostras  
sub manu dei in oī tentatiōe et tri-  
bulatiōe: q; humiles spū saluabit et  
exaltabit. In tentationib⁹ et tribu-  
lationib⁹ p̄bat homo quātū p̄fecit  
et ibi maius meritū existit: et vir⁹  
melius patescit. Nec magnū est si  
homo deuotus sit et feruidus cum  
grauitatē non sentit: sed si tēpore  
aduersitatis patienter se sustinet:  
spes magni p̄fectus erit. Quidā a  
magnis tentationib⁹ custodiunt:  
et in paruis quotidianis sepe vin-

cunt: ut humiliati nūq̄ de seipsis  
in magnis confidāt. qui i tam mo-  
dicis infirmantur.

De temerario iudicio vitan-  
do

Cap. xiiij.

**A**D teipsum oculos reflecte: et  
alioꝝ facta caueas iudica-  
re. In iudicando alios hō  
frustra laborat. sepius errat: et le-  
uiter peccat. Seipsum nō iudicādo et  
discutiēdo semp fructuose laborat.  
Sicut nobis res cordi est. sic de ea  
frequenter iudicam⁹. Nā verū iu-  
diciū ppter priuatū amorē faciliter  
perdimus. Si deus semp esset pura  
intentio nostri desiderij. non tā fa-  
ciliter turbaremur p̄ resistētia sens⁹  
nostri. Sed sepe aliqd ab intra la-  
tet. uel etiā ab extra cōcurrit: quod  
nos etiā pariter trahit. Multi oc-  
culte seipsum querunt in rebus quas  
agūt et nesciūt. Uident̄ etiā i bona  
pace stare: qm̄ res p̄ eoꝝ uelle fiūt et  
sentire. Si aut̄ aliter fit q̄ cupiūt:  
cito mouent̄ et tristes fiunt. Prop̄  
diuersitatē sensuū et opinionū. satis  
frequent̄ oriunt̄ dissensiones inter  
amicos et ciues. inter religiosos et  
deuotos. Antiqua cōsuetudo diffi-  
culter relinquit̄: et ultra p̄priū vi-  
dere nemo libent̄ ducit. Si rationi  
tuę magis inniteris uel industrię  
q̄ virtuti subiectiue ihu xpi. raro et  
tarde eris homo illuminat⁹: quia  
deus vult nos sibi p̄fecte subijci. et  
omnē rationē per inflāmatū amorē  
transcendere.

De operibus ex charitate  
factis

Cap. xv.

**P**ro nulla re mundi et pro nulli hominis dilectione aliquid malum est faciendum: sed pro utilitate tamen indigentis opus bonum aliquando intermittendum est aut etiam pro meliori mutandum, hoc enim factum opus bonum non destruitur: sed in melius commutatur. Sine charitate opus externum nihil prodest: quicquid autem ex charitate agitur quantumcumque etiam paruum sit et despectum, totum efficitur fructuosum. Magis siquidem deus pensat ex quanto quis agit: quam quantum quis facit. Multum facit qui multum diligit. Multum facit qui rem bene facit. Bene facit qui magis cogitati quam sue voluntati seruit. Sepe videtur esse charitas: et est magis carnalitas quia carnalis inclinatio, propria voluntas, spes retributionis, affectus commoditatis, raro abesse volunt. Qui veram et perfectam charitatem habet: in nulla re seipsum querit: sed dei solummodo gloriam in omnibus fieri desiderat. Nulli etiam invidet: quia nullum privatam gaudium amat, nec in seipso vult gaudere, sed in deo super omnia bona optat beatificari. Memini aliquid boni attribuit: sed totaliter ad deum refert, a quo fontaliter omnia procedunt: in quo finaliter omnes sancti fruibilibiter quiescunt. Qui scintillam haberet vere charitatis: profecto omnia terrena sentiret plena fore vanitatis.

De sufferentia defectuum  
aliorum Cap. xvj.

**Q**uod homo in se vel in alijs emendare non valet, debet

patienter sustinere, donec deus aliter ordinet. Cogita quia forte sic melius est pro tua probatione et patientia, sine qua non sunt multum ponderanda merita nostra. Debes tamen pro talibus impedimentis supplicare ut deus tibi dignetur subuenire, et possis benigne portare. Si quis semel aut bis admonitus non acquiescit, noli cum eo contendere: sed totum deo committe: ut fiat voluntas eius et honor in omnibus servis suis: qui scit bene mala in bonum convertere. Stude patienter esse in tolerando aliorum defectus et qualescumque infirmitates: quia et tu multa habes que ab alijs oportet tolerari. Si non potes te talem facere quale vis: quomodo poteris alium habere ad tuum beneplacitum? Libenter habemus alios perfectos: et tamen proprios non emendamus defectus. Volumus quod alij stricte corrigantur: et ipsi corrigi nolumus. Displicet larga aliorum licentia: et tamen nobis nolumus negari quod petimus. Alios restringi per statuta volumus: et ipsi nullatenus patimur amplius cohiberi. Sic patet quod raro proximum sicut nosipsum pensamus. Si essent omnes perfecti: quid tunc haberemus ab alijs pro deo pati? Nunc autem deus sic ordinavit: ut discamus alter alterius onera portare: quia nemo sine defectu, nemo sine onere, nemo sibi sufficiens, nemo sibi satis sapiens: sed oportet nos invicem portare, invicem consolari, pariter adiuvare instruere et admonere. Quante autem

virtutis quisque fuerit. melius patet occasione aduersitatis. Occasiones namque hominem fragilem non faciunt; sed qualis sit ostendunt.

De monastica vita Cap. xvij.

**O**portet ut discas teipsum in multis frangere. si vis pacem et concordiam cum alijs tenere. Non est paruum in monasterijs uel in congregatione habitare. et ibi sine querela conuersari: et usque ad mortem fidelis perseverare. Beat⁹ quidem qui ibi bene vixit: et feliciter consumauit. Si vis debite stare et proficere: teneas te tanquam exulem et peregrinum super terram. Oportet te stultum fieri propter christum. si vis religiosam ducere vitam. Habitus et tonsura modicum conferunt: sed mutatio morum et integra mortificatio passionum verum faciunt religiosum. Qui aliud querit quam pure deum et anime sue salutem. non inueniet nisi tribulationem et dolorem. Non potest etiam diu stare pacificus. qui non nititur esse minimus: et omnibus subiect⁹. Ad seruiendum venisti. non ad regendum. Ad patiendum et laborandum scias te vocatum. non ad ociandum uel fabulandum. Hic ergo probantur homines sicut aurum in fornace. Hic nemo potest stare. nisi ex toto corde se voluerit propter deum humiliare.

De exemplis sanctorum patrum Cap. xvij.

**I**ntuere sanctorum patrum viuenda exempla: in quibus vera perfectio refullit et religio. et videbis quod modicum sit et pene

nihil quod nos agimus. Huius quidem est vita nostra si illis fuerit comparata. Sancti et amici christi domino seruiuerunt in fame et siti. in frigore et nuditate in labore et fatigatione. in vigilijs et ieiunijs. in orationibus et sanctis meditationibus. in persecutionibus et opprobrijs multis. Quod quod multas et graues tribulationes passi sunt apostoli martyres. confessores. virgines: et reliqui omnes qui christi vestigia voluerunt sequi. Nam animas suas in hoc mundo oderunt: ut in eterna vita eas possiderent. Quod quod strictam et abdicatam vitam sancti patres in heremo duxerunt: quod longas et graues tentationes protulerunt: quod frequenter ab inimico verati sunt: quod crebras et feruidas orationes deo obtulerunt: quod rigidas abstinentias peregerunt: quod magnam celum et feruorem ad spirituali perfectum habuerunt: quod forte bellum aduersus edomationem vitiorum gesserunt: quod puram et rectam intentionem ad deum tenuerunt. Per diem laborabant et noctibus orationi diuine vacabant: quod quod laborando ab oratione mentali minime cessaret. Omne tempus utiliter expendebant: omnis hora ad vacandum deo breuis videbatur: et pro magna dulcedine contemplationis etiam oblivioni tradebat necessitas corporalis refectionis. Omnibus diuitijs. dignitatibus. honoribus. amicis et cognatis renunciabant: nil de mundo habere cupiebant: vix necessaria vitae sumebant: corpori seruire etiam in necessitate dolebant. Pauperes igitur erant rebus terrenis: sed diuites

valde in gratia et virtutibus. Foris egebant: sed intus gratia et consolatione diuina reficiebant. Abundo erant alieni: sed deo proximi ac familiares amici. Sibi ipsis videbantur tamquam nihili et huic mundo despecti: sed erant in oculis dei preciosi et electi. In vera humilitate stabant: in simplici obedientia vivebant: in charitate et patientia ambulabant: et ideo quotidie in spiritu proficiebant: et magnam apud deum gratiam obtinebant. Dati sunt in exemplum omnibus religiosis: et plus prouocare nos debent ad bene proficiendum quam tepidorum numerus ad relaxandum. Quam quantus seruos omnium religiosorum in principio sue sancte institutionis fuit. Quam quanta deuotio orationis: quanta emulatio virtutis: quam magna disciplina viguit: quanta reuerentia et obedientia sub regula magistri in omnibus effloruit: Testantur adhuc vestigia derelicta quam vere viri sancti et perfecti fuerunt: qui tam strenue militantes mundum suppedirauerunt. Jam magnus putatur si quis transgressor non fuerit: si quis quod accepit cum patientia tolerare potuerit. Quod teporis et negligentie statum nostri. Quod tam cito declinamus a pristino seruo: et iam redet vivere pro lassitudine et tepore. Utinam in te penitus non dormiter perfectus virtutum: qui multa sepius exempla vidisti deuotorum.

De exercitijs boni religiosi Cap. xix.

**U**traque boni religiosi omnibus virtutibus pollere debet: ut

sit talis interius: qualis videtur hominibus exterius. Et merito multo plus debet esse intus: quam quod cernitur foris: quia inspector noster est deus: quem summo opere reuereri debemus ubicumque fuerimus: et tamquam angeli in conspectu eius mundi incedere. Omni die renouare debemus propositum nostrum et ad seruum nos excitare quasi hodie primum ad conversionem venissemus: atque dicere: Adiuua me domine deus meus in bono proposito et sancto seruitio tuo: et da mihi nunc hodie perfecte incipere: quod nihil est quod hactenus feci. Secundum propositum nostrum cursum perfectum nostrum et multa diligentia opus est bene proficere volenti. Quod si fortiter proponens sepe deficit: quod ille qui raro aut minus fixe aliquid proponit. Varijs tamen modis contingit desertio propositi nostri: et leuis omisso exercitiorum via sine aliquo dispendio transit. Iustorum propositum in gratia dei potius quam in propria sapientia pendet: in quo et semper confidunt quicquid arripiunt. Nam homo proponit: sed deus disponit: nec est in homine via eius. Si pietatis causa aut fraternae utilitatis proposito quandoque consuetum omittit exercitium: facile postea poterit recuperari. Si autem tepore animi aut negligentia faciliter relinquitur: satis culpabile est et nociuum sentiet. Conemur quantum possumus: adhuc leuiter deficientes in multis. Semper tamen aliquid certi proponendum est: et illa precipue que amplius nos impediunt: Exteriora nostra et interiora pariter nobis scrutanda sunt et ordinanda: quia utraque

expediūt ad profectū. Si nō conti-  
nue te vales colligere. saltem inter-  
terdū: et ad min⁹ semel in die. mane  
videlicet aut vespere. Mane. ppo-  
ne. vespere discute mores tuos quos  
hodie fuisti in verbo opere et cogi-  
tatione: quia in his sepius forsitan deū  
offendisti et proximum. Accinge te si-  
cut vir contra diabolicas nequitas:  
frena gulā. et omnē carnis inclina-  
tionē facilius frenabis. Nunquā sis  
ex toto ociosus: sed aut legens aut  
scribens aut orans aut meditans aut  
aliquid utilitatis pro cōmuni la-  
boras. Corporalia exercitia discre-  
te sūt agenda. nec oibus equaliter  
assumenda. Quę coia non sunt. nō  
sūt foris ostendenda: nam in secre-  
to tutius exercent priuata. Lauen-  
dū tamen ne piger sis ad coia et ad  
singularia promptior: sed expletis  
integre et fideliter debitis et iniun-  
ctis. si iā ultra vacat. redde te tibi  
prout deuotio tua desiderat. Non  
possunt omnes habere vnū exerci-  
tium: sed aliud isti. aliud illi magis  
deseruit. Et iā pro temporū congru-  
entia diuersa placent exercitia. quia  
alia in festis: alia in feriatis magis  
sapiunt diebus. Alijs indigemus  
tempore tentationis: et alijs tem-  
pore pacis et quietis. Alia cū trista-  
mur libet cogitare: et alia cū leti in  
dño fuerim⁹. Circa principalia festa  
renouanda sunt bona exercitia: et  
sanctorū suffragia feruentius implo-  
randa. De festo in festum proponere  
debemus. quasi tunc de hoc seculo  
migraturi sumus: et ad eternū festū

puenturi. Ideoque sollicite nos pre-  
parare debemus in deuotis tempo-  
ribus: et deuotius conuersari atque  
omnē obseruantiam stricti⁹ custodire  
tanquā in breui premiū laboris nostri  
a deo percepturi. Et si dilatū fuerit  
credam⁹ nos min⁹ bene preparatos  
atque indignos tantę adhuc glorię:  
quę reuelabit in nobis tempore pre-  
finito. et studeam⁹ nos meli⁹ ad exitū  
preparare. Beatus seru⁹ ait euāge-  
lista lucas. quē cū venerit dñs inue-  
nerit vigilantē. Amen dico vobis  
sup omnia bona sua cōstituet eum.

De amore solitudinis et si-  
lentij Cap. xx.

**T**ere aptum tempus va-  
candi tibi. et de beneficijs  
dei frequenter cogita. Re-  
linque curiosa. Tales plege mate-  
rias quę cōpunctionem magis pre-  
stant quā occupationem. Si te sub-  
traxeris a superfluis locutionib⁹ et  
ociosis circuitionib⁹. nec non a no-  
uitatibus et rumoribus audiēdis:  
inuenies tempus sufficiens et aptū  
pro bonis meditationib⁹ insistendis.  
Maximi sanctorū humana cōsortia  
ubi poterant vitabant. et deo in se-  
creto viuere eligebāt. Dixit quidā:  
Quotiēs inter homines fui. minor  
homo redij. Hoc quippe sepi⁹ expe-  
rimur: quā diu confabulamur. Fa-  
cili⁹ ē oio tacere. quā verbo non exce-  
dere. Facili⁹ est domi latere. quā fo-  
ris se posse sufficienter custodire.  
Qui igitur intendit ad interiora  
et spiritualia puenire: oportet eum  
cum ibi a turba declinare. Nemo

secure apparet: nisi q̄ libenter latet. Nemo secure p̄est: nisi q̄ libenter subest. Nemo secure p̄cipit: nisi qui libenter obedire didicit. Nemo secure gaudet: nisi qui bonę cōscientię testimoniū habet. Nemo secure loquit̄: nisi qui libenter tacet. Semper tamen sanctorū securitas plena timoris dei extitit. Nec eo minus solliciti et humiles in se fuerunt: quia magnis virtutibus et gratia emicuerunt. Draconum autē securitas ex supbia et p̄sumptione oritur: et in fine in deceptionem sui vertitur. Nunq̄ promittas tibi securitatem in hac vita: q̄uis bonus videaris cenobita aut deuot⁹ heremita. Sepe meliores ī estimatione hominū grau⁹ periclitati sunt p̄p̄ suam nimiam confidentiam. Unde multis vtilius est ut nō penit⁹ temptationib⁹ careant: s; sepius impugnent. ne nimiū securi sint: ne forte in superbiam eleuentur. ne etiam ad exteriores cōsolatiōes licentius declinent. Q̄ qui nunq̄ transitoriā leticiam quereret. qui nunq̄ cum mundo se occuparet: q̄ bonā cōscientiam seruaret. Q̄ qui omnem vanam sollicitudinem amputaret: et dūtaxat salutaria ac diuina cogitaret. et totam spem suā in deo cōstitueret: q̄ magnam pacem et quietē possideret. Nemo dignus est celesti consolatione. nisi diligenter se exercuerit in sancta compunctione. Si vis cordeten⁹ cōpungi. intra cubile tuū et excludere tumult⁹ mundi. sicut scriptum est: In cubilibus vestris

cōpungimini. In cella inuenies qd̄ deforis sepius amittes. Cella cōtinuata dulcescit. et male custodita redium generat. Si in p̄ncipio cōuersionis tuę bene eā incolueris et custodieris: erit tibi postea dilecta amica. et gratissimū solatiū. In silentio et quiete p̄ficit anima deuota et discit abscondita scripturarū. ibi inuenit fluentia lachrymarū: quib⁹ singulis noctib⁹ se lauet et mundet: ut conditori suo tanto familiarior fiat. quāto longi⁹ ab omni seculari tumultu degit. Qui ergo se abstrahit a notis et amicis: appropinquabit illi deus cum angelis sanctis. Meli⁹ ē latere et sui curā agere: q̄ se neglecto signa facere. Laudabile est homini religioso raro foras ire: fugere videri: nolle etiā homines videre. Quid vis videre: qd̄ non licet habere? Trāsit mūdus et cōcupiscentia eius. Trabunt desideria sensualitatis ad spaciandū: sed cū hora transierit: quid nisi grauitatē cōsciētię et cordis disp̄sionē importas? Lectus exitus tristem sepe reditum parit: et leta vigilia serotina triste mane facit. Sic omne carnale gaudiū blande intrat: sed in fine mordet et p̄imit. Quid potes alibi videre. quod hic nō vides? Ecce cęlum et terrā et oīa elementa. nam ex istis oīa sūt facta. Quid potes alibi videre: qd̄ diu potest sub sole p̄manere? Credis te forsitā satiari: sed nō poteris p̄tingere. Si cuncta videres presentia. quid esset nisi visio vana? Leua oculos tuos ad deū

in excelsis. et ora pro peccatis tuis et negligentibus. Dimitte vana vanis; tu autem intende illis que tibi precepit deus. Claude super te ostium tuum; et voca ad te ipsum dilectum tuum. Mane cum eo in cella. quia non inuenies alibi tantam pacem. Si non exisses. nec quicquam de rumoribus audisses; melius in bona pace permansisses. Ex quo noua delectat aliquando audire; oportet te ex inde turbatione cordis tolerare.

De compunctione cordis Cap. xxi.

**S**is vis aliquid perficere. conserua te in timore dei; et noli esse nimis liber. sed sub disciplina cohibe omnes sensus tuos. nec ineptę te tradas leticię. Da te ad cordis compunctionem. et inuenies deuotionem. Compunctio multa bona aperit. que dissolutio cito perdere consuevit. Ad id est quod homo possit unquam perfecte letari in hac vita. qui suum exilium et tam multa pericula anime sue considerat et pensat. Propter leuitatem cordis et negligentiam defectum nostrorum non sentimus anime nostre dolores. sed sepe vane ridemur quam merito flere deberemus. Non est vera libertas nec bona leticia. nisi in timore dei cum bona conscientia. Felix qui abijcere potest omne impedimentum distractionis; et ad unionem se redigere sanctę compunctionis. Felix qui a se abdicat quicquam conscientiam suam maculare potest uel grauare. Certa viriliter. consuetudo consuetudine vincit. Si tu scis homines dimittere: ipsi te dimittent tua facta facere. Non attrahas tibi res aliorum; nec te implices causis maiorum. Habe semper oculum super te primum; et admoneas te

ipsum specialiter pro omnibus tibi dilectis. Si non habes fauorem hominum. noli ex hoc tristari; sed si sit tibi graue quia non habes te satis bene et circumspecte sicut deceret dei seruum et deuotum religiosum querelari. Utiliter est sepe et securi quod homo non habeat multas consolationes in hac vita secundum carnem precipue. tamen quod diuinas non habemus. aut rariue sentimus. nos in culpa sumus. quia compunctionem cordis non querimus nec vanas et externas omnia abijcimus. Cognosce te indignum diuina consolatione sed magis dignum multa tribulatione. Quando homo perfecte est compunctus. tunc grauis et amarus est ei totus mundus. Non homo sufficientem inuenit materiam dolendi et flendi. Siue enim se considerat siue de primo pensat. scit quia nemo sine tribulatione hic uiuit. Et quanto strictius se considerat. tanto amplius dolet. Materie iusti doloris et interne compunctionis sunt peccata et vitia nostra; quibus ita inuoluti iacemus ut raro celestia contemplari valeamus. Si frequentius de morte tua quam de longitudine vite tue cogitares. non dubium quod feruentius te emendares. Si etiam futuras inferni siue purgatorij penas cordialiter propenderes. credo quod libenter laborem et dolorem sustineres. et nihil rigoris formidares. Sed quia ad cor ista non transeunt. et blandimenta adhuc amamus. ideo frigidi et valde pigri remanemus. Sepe est inopia spiritus. unde tam leuiter conqueritur miserum corpus. Ora igitur humiliter ad dominum: ut det tibi compunctionis spiritum; et dic cum propheta; Liba me domine pane



lachrymarum: et potum da mihi in  
lachrymis in mensura.

De consideratione humane  
miserie Cap. xxij.

**M**iser es ubicunq; fueris et  
quocunq; te verteris. nisi ad  
deum te conuertas. Quid  
turbaris quia non succedit tibi si-  
cut vis et desideras. Quis est q; ha-  
bet omnia s; suam voluntate. Nec  
ego nec tu. nec aliquis hominu sup-  
terra. Nemo est i mudo sine aliqua  
tribulatione uel angustia. q; quis rex  
sit uel papa. Quis e q; meli; habet.  
vtiq; qui pro deo aliqd pati valet.  
Dicunt multi imbeciles et infirmi.  
Ecce q; bona vita ille homo habet  
q; diues. q; potes q; excell; q; magn;  
et q; pulcher. Sed attēde ad celestia  
bona et videbis q; oia ista teporalia  
nulla sunt. s; valde incerta et magis  
grauatia. q; nūq; sine sollicitudine  
et timore possident. Nō e hominis  
felicitas habere tpalia ad abūdatiā  
s; sufficit ei mediocritas. Vere mi-  
seria est viuere super terra. Quāto  
homo voluerit esse spūalior. tanto  
presens vita fit ei amario. q; sentit  
meli; et videt clarius humane cor-  
ruptiōis defectus. Nam comedere  
bibere vigilare dormire quiescere  
laborare et ceteris necessitatib; na-  
ture subiacere. vere magna miseria  
e et afflictio hoī deuoto. q; libenter  
esset absolut; et liber ab oī peccato.  
Valde enī grauā interior hō ne-  
cessitatib; corporalib; i b mudo. Un-  
ppheta deuote rogat q; ten; liber ab  
istis esse valeat. dicēs: De necessita-

tib; meis erue me dñe. S; ve nō cō-  
gnoscentib; suā miserā. et ampli; ve-  
illis qui diligūt hāc miserā et cor-  
ruptibile vitā. Nā in tantū quidā  
hāc amplectunt; licet etiā vix neces-  
saria laborādo aut meditando ha-  
beant. ut si hic possent semp viuere  
de regno dei nihil curarēt. P isani  
et infideles corde: qui tam pfunde i  
terris iacent ut nil nisi carnalia sa-  
piāt. S; miseri ad huc i fine graui-  
ter sentient q; vile et nihilū erat qd  
amauerunt. Sancti autē dei et oēs  
deuoti amici xpī nō attenderūt que  
carni placuerūt. nec que i hoc tem-  
pore flozuerūt. sed tota spes eorū et  
intētio ad eterna bona anhelabat.  
ferebat; totum desideriu eorum ad  
mansura et iuisibilia. ne amore visi-  
bilium traherent; ad infima. Noli  
frater amittere cōfidentiā profici-  
endi ad spūalia. adhuc habes tem-  
pus et horam. Quare vis procras-  
tinare ppositū tuū. Surge et i in-  
stanti incipe et dic: Nunc tempus e  
faciēdi. nunc tempus est pugnādi.  
nunc tempus aptū est emendandi.  
Quando male habes et tribularis.  
tūc tempus est promerēdi. Dportet  
te trāsire p ignē et aquā anteq; veni-  
as in refrigeriū. Nisi tibi vim fece-  
ris. vitiū non supabis. Q; diu istud  
fragile corpus gerim;. sine peccato  
esse non possumus. nec sine tedio et  
dolore viuere. Libenter haberem;  
ab oī miseria quietē. sed q; per pec-  
catū pdidimus innocentia. amisim;  
etiā verā beatitudinē. Ideo oportet  
nos tenere patientiā et dei expectare

miseriordiam: donec transeat ini-  
quitas hec: et mortalitas absorbeat  
a vita. Quanta fragilitas humana  
que semper prona est ad vitia. Hodie  
confiteris peccata tua: et cras iterum  
perpetras confessa. Nunc proponis ca-  
uere: et post horam agis quasi nihil  
proposuisses. Merito ergo nos ipsos  
humiliare possumus. nec unquam aliquid  
magnum de nobis sentire: quia tam fra-  
giles et instabiles sumus. Cito etiam  
potest perdi per negligentiam: quod  
multo labore vix tandem acquisitum est  
per gratiam. Quid fiet de nobis ad-  
huc in fine: qui tepescimus tam mane?  
Ne nobis si sic volumus declinare  
ad quietem. quasi iam pax sit et secu-  
ritas: cum necdum appareat vestigium  
verae sanctitatis in nostra conuersa-  
tione. Bene opus esset quod adhuc iterum  
institueremur tanquam boni nouitij ad  
mores optimos. si forte spes esset de  
aliqua futura emendatione et maiori  
spirituali profectu.

De meditatione mortis Cap. xxiii

**A**lde cito erit tecum hoc fa-  
ctum. Vide aliter quomodo te ha-  
beas. hodie homo est et cras  
non comparat. Cum autem sublatum fuerit ab  
oculis: cito etiam transit a mente. De-  
bebetudo et duritia cordis humani  
quod solum presentia meditat et futura  
non magis prouidet. Sic te in omni  
facto et cogitatu deberes tenere:  
quasi statim esses mortiturus. Si bonam  
conscientiam haberes. non multum mortem  
timeres. Melius esset peccata ca-  
uere. quam mortem fugere. Si hodie non  
es paratus: quomodo cras eris? Cras est

dies incerta: et quid scis si crastinum  
habebis? Quid prodest diu viuere:  
quando tam parum emendamur? Ab  
longa vita non semper emendat: sed  
sepe culpam magis auget. Utinam  
per unam diem bene essemus conuersati in  
hoc mundo. Multi annos computant  
conuersionis: sed sepe paruus est fru-  
ctus emendationis. Si formidolosum  
est mori. forsitan periculosum est diu-  
tius viuere. Beatus qui horam mortis  
sue semper ante oculos habet: et ad  
moriendum quotidie se disponit. Si  
vidisti aliquando hominem mori: cog-  
ita quia et tu per eandem viam transibis.  
Cum mane fuerit. puta te ad vespertinum  
non puenturum. Vespere autem facto. ma-  
ne non audeas tibi polliceri. Semp-  
per paratus esto. et taliter viuere: ut nunquam  
te imparatum mors inueniat. Multi  
subito et improuise moriuntur. nam ho-  
ra qua non putat. filius hominis ventu-  
rus est. Quando illa extrema hora ve-  
nerit. multum aliter sentire incipies  
de tota vita tua preterita: et valde  
dolebis quod tam negligens et remissus  
fueris. Felix et prudens qui talis  
nunc nititur esse in vita. qualem operatur inue-  
niri in morte. Dabit namque magnam con-  
fidentiam feliciter moriendi profectus con-  
temptum mundi. feruens desiderium in vir-  
tutibus proficiendi. amor discipline:  
labor penitentiae. promptitudo obe-  
dientiae: abnegatio sui: et supporta-  
tio cuiuslibet aduersitatis pro amo-  
re christi. Multi bona potes operari  
dum sanus es: sed infirmatus nescio  
quid poteris. Pauci ex infirmitate  
emendantur: sic et qui multum peregrinantur

raro sanctificantur. Noli confidere super amicos et proximos; nec in futuris salutem tuam differas. quia citius obliuiscunt tui homines quam estimas. Melius est nunc tempestiue providere et aliquid boni premittere; quam super aliorum auxilio sperare. Si non es pro templo sollicitus modo; quis erit pro te sollicitus in futuro. Nunc tempus est valde preciosum; sed perdolet quod hoc inutilius expendis. in quo promereri vales unde eternaliter viuas. Veniet quando unum diem seu horam pro emendatione desiderabis et nescio an impetrabis. Eya carissime de quanto periculo te poteris liberare. de quo magno timore eripere. si modo semper timoratus fueris et de morte suspectus. Stude nunc taliter vivere. ut in hora mortis valeas potius gaudere quam timere. Disce nunc mori mundo; ut tunc incipias vivere cum christo. Disce nunc omnia continere; ut tunc possis libere ad christum pergere. Castiga nunc corpus tuum per penitentiam; ut tunc valeas certam habere confidentiam. Absulte quid cogitas te diu victurum. cum nullum diem habeas securum? Multi decepti sunt; et insperate de corpore extracti. Quotiens audisti a dicentibus. quia ille gladio cecidit; ille submersus est. ille ab alto ruens cervicem fregit. ille manducando obrigit. ille ludendo finem fecit; alius igne. alius ferro. alius peste; et alius latrocinio periit; et sic omnium finis mors est; et vita hominum tanquam umbra subito pertransit. Quis memorabit

tui post mortem; et quis orabit pro te? Age age nunc charissime quicquid agere potes. quia nescis quando morieris; nescis etiam quid tibi post mortem sequetur. Dum tempus habes congrega tibi diuitias imortales. Propter salutem tuam nihil cogites. solum que dei sunt cures. Fac nunc tibi amicos venerando dei sanctos. et eorum actus imitando; ut cum defeceris in hac vita illi te recipiant in eterna tabernacula. Serua te tanquam peregrinum et hospitem super terram. ad quem nihil spectat de mundi negociis. Serua cor liberum et ad deum sursum erectum; quia non habes hic manentem civitatem. Illuc preces et gemitus quotidianos cum lacrymis dirige; ut spiritus tuus mereatur post mortem ad dominum feliciter transire. Amen.

De iudicio et penis peccatorum Cap. xxiii.

**I**n omnibus rebus respice finem; et qualiter ante districtum iudicem stabis. cui nihil est occultum; qui numeribus non placatur; nec excusationes recipit. sed quod iustum est iudicabit. O miserrime et insipiens peccator: quid respondebis deo. omnia mala tua scienti; qui interdum formidas vultum hominis irati? Ut quid non preuides tibi in die iudicij. quando nemo poterit per alium excusari vel defendi; sed unusquisque sufficiens onus erit sibiipsum? Nunc labor tuus est fructuosus. fletus acceptabilis. gemitus exaudibilis. dolor satisfactorius et purgativus. Habet magnam

et salubre purgatoriu[m] patiens homo  
qui suscipiens iniurias plus dolet  
de alteri[us] malicia. q[uam] de sua iniuria:  
qui pro contrariantib[us] sibi libenter  
orat: et ex corde culpas indulget:  
qui veniam ab alijs petere non retar-  
dat: qui facilius misere[re]t[ur] q[uam] irascit[ur]:  
qui sibi ipsi violentia[m] frequenter fa-  
cit: et carnem suam omnino spiritui  
subiugare conatur. Meli[us] e[st] modo  
purgare peccata et vitia resecare. q[uam]  
in futuro purganda reseruare. Vere  
nosip[s]os decipimus per inordinatu[m]  
amorem que[m] ad carnem habemus.  
Quid aliud ille ignis deuorabit  
nisi peccata tua? Quanto amplius  
tibi ipsi nunc parcis: et carne[m] seque-  
ris. tanto dur[us] postea lues: et ma-  
iore[m] materiam co[m]burendi reseruas.  
In quibus homo peccauit: in illis  
grau[iter] puniet[ur]. Ibi accidiosi arden-  
tibus stimulis purgent[ur]: et gulosi in-  
genti fame ac siti cruciabunt[ur]. Ibi  
luxuriosi et voluptatu[m] amatores ar-  
denti pice et fetido sulphure per-  
fundent[ur]. Et sicut furiosi canes pre  
dolore inuidiosi ululabunt. Nullu[m]  
vitiu[m] erit quod suu[m] propriu[m] cruciatu[m]  
no[n] habeat. Ibi superbi omni con-  
fusione replebunt[ur]: et auari miserr-  
ima egestate artabunt[ur]. Ibi erit vna  
hora grauior in pena: q[uam] hic centu[m]  
anni in amarissima penitencia. Ibi  
nulla requies est et nulla consolatio  
damnatis. Hic tam[en] interdum cessat  
a laboribus: atq[ue] amicor[um] frui so-  
latijs. Esto modo sollicit[us] et dolens  
pro peccatis tuis: ut in die iudicij sis  
securus cu[m] beatis. Tunc enim iusti

stabunt in magna constantia aduer-  
sus eos qui se angustiauerunt et de-  
presserunt. Tunc stabit ad iudican-  
du[m]: qui modo se subiicit humiliter  
iudicijs hominu[m]. Tunc magna[m] fidu-  
cia[m] habebit paup[er] et humilis: et pa-  
uebit vndiq[ue] superb[us]. Tunc videbit  
sapiens in hoc mundo fuisse: qui pro  
xpo didicit stultus et despectus esse:  
Tunc placebit omnis tribulatio pa-  
tienter perpessa: et omnis iniquitas  
oppilabit os suu[m]. Tunc gaudebit ois  
deuot[us] et merebit omnis irreligio-  
sus. Tunc plus exultabit caro affli-  
cta: q[uam] si in delitijs fuisset semp[er] nu-  
trita. Tunc splendebit habitus vi-  
lis: et obtenebrescet vestis subtilis.  
Tunc plus laudabit pauperculum  
domiciliu[m]: q[uam] deauratum palatium.  
Tunc plus iuuabit co[n]stans patien-  
tia: q[uam] omnis mundi potentia. Tunc  
ampli[us] exaltabit simplex obediencia  
q[uam] ois secularis astutia. Tunc plus  
letificabit pura et bona conscientia  
q[uam] docta philosophia. Tunc plus  
ponderabit co[n]te[m]ptus diuitiaru[m]: q[uam]  
totus thesaurus terrigenaru[m]. Tunc  
magis consolaberis super deuota  
oratione: q[uam] super delicata comesti-  
one. Tunc poti[us] gaudebis de serua-  
to silentio: q[uam] de longa fabulatione.  
Tunc plus valebunt sancta opera:  
q[uam] multa pulchra verba. Tunc plus  
placebit stricta vita et ardua peni-  
tencia q[uam] ois delectatio terrena. Disce  
nunc in modico pati: ut tunc a gra-  
uio[rum] valeas liberari. Hic primo  
proba quid possis pati postea. Si  
nunc tam paru[m] no[n] vales sustinere:

quō poteris tūc eterna tormēta sus-  
ferre: Si modo modica passio tam  
ipatientē efficit: qđ gehēna tūc fa-  
ciet: Ecce vere non potes duo gau-  
dia habere. delectari hic ī mūdo: &  
postea regnare in celo cum xp̄o. Si  
vsq; ī bodiernū diē semp in bono-  
rib; & voluptatib; vixisses: quid to-  
tum tibi pfuisset. si iam in instanti  
mori cōtingeret: Omnia ergo va-  
nitas p̄ter amare deum: & illi soli  
seruire. Qui enī deū ex toto corde  
amat. nec mortem nec suppliciū nec  
iudiciū nec īfernū metuit: q; p̄fect<sup>o</sup>  
amor securū accessū ad deum facit.  
Quē autē ad huc peccare delectat.  
nō mirū si mortē & iudiciū timeat.  
Bonū tamen est: ut si necdū amor  
a malo te reuocat. saltē timor: gehē-  
nalis coherceat. Qui nō timorē dei  
postponit. diu stare ī bono nō vale-  
bit: s; diaboli laqueos citi<sup>o</sup> icurret.

De feruenti emendatione to-  
tius vite nostrę. Cap. xxv.

**E**ro vigilans & diligens in  
dei seruitio & cogita fre-  
quenter ad quid venisti: &  
cur seculū reliquisti. Nonne ut deo  
viveres: & spiritualis homo fieres?  
Igit̄ ad p̄fectū ferueas: q; mercedē  
laborū tuorum in breui recipies. nec  
erit tūc amplū timor: aut dolor in fi-  
nib; tuis. Modicū nūc laborabis &  
magnā requiē. imo perpetuā leticiā  
inuenies. Si tu p̄manseris fidelis &  
feruidus in agēdo. deus. p̄culdubio  
erit fidelis & locuplex in retribuēdo  
Spem bonam retinere debes q; ad  
palmā puenies; s; securitatē capere

nō oportet ne torpeas aut elat<sup>o</sup> fias  
Cū enī qđā anxi<sup>o</sup> inter metū & spem  
frequēter fluctuaret & qđā vice me-  
rore cōfect<sup>o</sup> in ecclesia ante quoddā  
altare se in oratione. p̄strauisset. hęc  
inter se reuoluit dicēs: O si scirē q;  
adhuc p̄seueratur<sup>o</sup> essem: statimq;  
audiuit int<sup>o</sup> diuinū responsū. Quid  
si hoc scires facere velles? Fac nūc  
quod tūc facere velles & bene secur<sup>o</sup>  
eris. Adorq; cōsolat<sup>o</sup> & cōfortatus  
diuinę se cōmisit volūtati. & cessauit  
anxia fluctuatio: noluitq; curiose  
inuestigare ut sciret quę sibi essent  
futura: s; magis studuit inquirere  
quę eēt volūtas dei bñplacēs & per-  
fecta ad omne op<sup>o</sup> bonū inchoandū  
& pficiēdū. Spera ī dño & fac boni-  
tatē ait. p̄pheta: & inhabita terrā &  
pascaris ī diuitijs e<sup>o</sup>. Unū est quod  
multos a p̄fectu & feruētī emēdati-  
one retrahit: horroz difficultatē seu  
labor certaminis. Eni uero illi ma-  
xime p̄c alijs ī virtutib; pficiūt qui  
ea quę sibi magis graua & cōtraria  
sūt virib; vincere nitūt. Quā ibi hō  
plus pficit & gratiā meret̄ ampliorē  
vbi magis seipsū vincit & in spiritu  
mortificat. Sed nō oēs habēt eque  
multū ad vincēdū & moriēdū. Dili-  
gēs tñ emulatoz valētior erit ad p̄-  
ficiēdū etiā si plures habeat passi-  
ones q; ali<sup>o</sup> bene morigerat<sup>o</sup>. min<sup>o</sup> tñ  
feruēs ad virtutes. Duo tñ specialiē  
ad magnā emēdationē inuāt videlz  
subtrahere se violenter ad qđ natu-  
ra vitiose iclinat. & feruēter instare  
p̄ bono quo amplius quis indiget.  
Illa etiā studeas magis cauere

et vincere. que tibi frequenti<sup>9</sup> i alijs  
displicent. Ubique perfectum tuum capi-  
as: ut si bona exempla videas uel  
audias. ad imitandum accendaris.  
Si quid autem reprehensibile confi-  
deraueris. caue ne idem facias: aut  
si aliquando fecisti. citius emendare  
te studeas. Sicut ocul<sup>9</sup> tuus alios  
considerat: sic iterum ab alijs no-  
taris. **Q**uod iocundum et dulce est vi-  
dere seruidos et deuotos fratres be-  
ne morigeratos et disciplinatos. **Q**uod  
triste est et graue videre inordinate  
ambulantes. qui ea ad que vocati sunt  
non exercent. **Q**uod nociuum est negli-  
gere uocationis sue propositum. et  
ad non commissa sensum inclinare.  
**M**emor esto arrepti propositi: et  
imaginem tibi propone crucifixi.  
Bene uerecundari potes inspecta  
uita ihu xpi: quia necdum magis illi  
te conformare studuisti. licet diu in  
uia dei fuisti. Religiosus qui se in-  
tente et deuote in sanctissima uita et  
passione domini exercet. omnia utilia  
et necessaria sibi. abundanter ibi in-  
ueniet: nec opus est ut extra ihm  
aliquid melius querat. **S**i ihesus  
crucifixus in cor nostrum ueniret:  
quod cito et sufficienter docti essemus.  
Religiosus seruidus omnia bene  
portat et capit que illi iubent. Re-  
ligiosus negligens et tepidus habet  
tribulationem super tribulationem:  
et ex omni parte patitur angustiam  
quia interiori consolatione caret: et  
exteriorem querere prohibet. Reli-  
giosus extra disciplinam uiuens gra-  
ui ruine patet. Qui laxiora querit

et remissiora. semper in angustijs erit  
quod aut unum aut reliquum sibi displi-  
cebit. Quomodo faciunt tam mul-  
ti alij religiosi qui satis arti sunt sub  
disciplina claustrali? Raro exeunt.  
abstracte uiuunt. pauperrime come-  
dunt. grosse uestiunt. multum laborant.  
parum loquunt. diu vigilant. mature  
surgunt. orationes prolongant. fre-  
quenter legunt: et se in omni disci-  
plina custodiunt. Attende carthusi-  
enses cistercienses et diuersę religi-  
onis monachos ac moniales. qua-  
liter omni nocte ad psallendum domino  
assurgunt. Et ideo turpe est ut tu de-  
beres in tam sancto ope pigritare:  
ubi tanta multitudo religiosorum inci-  
pit deo iubilare. **S**i nihil aliud fa-  
ciendum incumberet. nisi dominum deum no-  
strum toto corde et ore laudare. **S**i  
nunquam indigeres comedere nec bi-  
bere nec dormire. sed semper posses  
deum laudare: et solummodo spiritua-  
libus studijs vacare. tunc multo feli-  
cior esses: quam modo cum carni ex qua-  
licumque necessitate seruis. Utinam non  
essent istę necessitates: sed solummodo  
spirituales anime refectiones. quas  
heu satis raro degustamus. Quando  
homo ad hoc peruenit quod de nulla  
creatura consolationem suam querit:  
tunc ei deus primo perfecte sapere in-  
cipit: tunc etiam bene contentus de  
omni euentu rerum erit: tunc nec pro  
magno letabitur. nec pro modico con-  
tristabitur: sed ponit se integre et fi-  
ducialiter in deo: qui est ei omnia in  
omnibus: cui nihil utique perit nec  
moritur. sed omnia ei uiuunt et ad nutum

incunctanter deseruiūt. **M**emento  
semper finis: et quia perditū nō re-  
dit temp<sup>9</sup>. Sine sollicitudine et di-  
ligentia nunq̄ acquies virtutes.  
Si incipis tepescere. incipies male  
habere. Si autē dederis te ad fer-  
uorem. inuenies magnam pacem: et  
senties leuiorē laborem propter dei  
gratiā et virtutē amorē. **H**omo fer-  
uidus et diligens ad omnia est pa-  
ratus. **M**aior labor est resistere vi-  
tijs et passionibus. q̄ corporalibus  
insudare laboribus. Qui paruos  
nō vitat defectus. paulatim labitur  
ad maiores. **G**audetis semper ves-  
pere: si diem expendas fructuose.  
**V**igila super teipsum. excita teipsū  
admone teipsū: et quicquid de alijs  
sit. non negligas teipsum. **T**antum  
proficies. quantum tibiipsi vim in-  
tuleris.

Explicit liber primus

Incipit secundus

De interna cōuersatione Cap. i.

**R**egnū dei intra vos est  
dicit dñs. **C**onuerte te  
ex toto corde tuo ad do-  
minū: et relinque hunc  
miserum mundū: et inueniet anima  
tua requiē. **D**isce exteriora contem-  
nere. et ad interiora te dare: et vide-  
bis regnū dei i te venire. **E**st enim  
regnū dei pax et gaudiū in spiritu  
sancto: quod nō datur impijs. **V**e-  
niet ad te xps ostendens tibi conso-  
lationē suā: si dignam illi ab intus  
paraueris mansionē. **O**mnis glo-  
ria eius et decore ab intra est: et ibi

cōplacet sibi. **F**requēs illi visitatio  
cum homine interno. dulcis sermo.  
cinatio. grata cōsolatio. multa pax  
familiaritas stupenda nimis. **E**ya  
anima fidelis prepara huic sponso  
cor tuū. quatenus ad te venire et in  
te habitare dignet. **S**ic enī dicit:  
Si quis diligit me sermonē meum  
seruabit: et ad eū veniem<sup>9</sup>: et man-  
sionem apud eū faciemus. **D**a ergo  
xpo locum: et ceteris omnibus nega  
introitum. **C**um xpm habueris. di-  
ues es et sufficit tibi. **I**psē erit pro-  
uisor tuus. et fidelis procurator in  
omnib<sup>9</sup>: ut nō sit opus tibi in ho-  
minibus sperare. **H**omines enim cito  
mutantur: et deficiunt velociter:  
xps autem manet in eternū et astat  
vsqz in finē firmiter. **N**on est ma-  
gna fiducia ponēda in homine fra-  
gili et mortali. etiam si vtilis sit et  
dilectus: neqz tristitia multa capi-  
enda ex hoc si interdū aduersetur et  
contradicat. **Q**ui hodie tecū sunt:  
cras contrariari possunt: et econ-  
uerso sepe ut aura vertuntur. **N**one  
totam fiduciam tuam in dño: et sit  
ipse timor tuus et amor tu<sup>9</sup>. **I**psē p  
te respōdebit et faciet bene sicut me-  
li<sup>9</sup> fuerit. **N**on habes hic manen-  
tem ciuitatem. et vbicūqz fueris ex-  
traueus es et peregrinus. nec requiē  
aliquādo habebis: nisi xpo intime  
fueris vnitus. **Q**uid hic circūspi-  
cis. cum iste nō sit locus tuę requie-  
tionis? **I**n celestibus debet esse ha-  
bitatio tua: et sicut in transitu cum-  
cta terrena sunt aspicienda. trans-  
cunt omnia et tu cum eis pariter.

Vide ut non inbreas. ne capiaris  
et pereas. Apud altissimum sit cogi-  
tatio tua: et deprecatio tua ad christum  
sine intermissione dirigatur. Si  
nescis alta speculari et celestia. re-  
quiesce in passione christi. et in sacris vul-  
neribus eius libenter habita. Si  
enim ad vulnera et preciosa stigmata  
ihesu deuote confugis. magnam in tri-  
bulatione confortationem senties.  
nec multum curabis hominum de-  
spectiones. faciliterque verba detra-  
hentium perferes. Christus fuit etiam in  
mundo ab hominibus despectus. et in  
maxima necessitate a notis et ami-  
cis inter opprobria derelictus. Christus  
pati voluit et despici. et tu audes de-  
aliquo conqueri? Christus habuit aduersa-  
rios et oblocutores. et tu vis omnes  
habere amicos et benefactores? Unde  
coronabitur patientia tua. si nil ad-  
uersitatis occurrerit. Si nihil con-  
trarium vis pati: quomodo eris  
amicus christi? Sustine te cum christo et  
pro christo. si vis regnare cum christo. Si  
semel perfecte introisses in interiora  
ihesu et modicum de ardente eius amore  
sapuisses. tunc de proprio comodo uel  
incomodo nihil curares: sed magis  
de opprobrio illato gauderes. quia  
amor ihesu facit hominem seipsum con-  
tinere. Amator ihesus uerus internus  
et liber ab affectionibus inordinatis  
potest se ad deum libere conuerrere  
et eleuare se supra seipsum in spiritu ac-  
fruitiue quiescere. Cui sapiunt omnia  
pro ut sunt non ut dicuntur aut esti-  
mantur. hic uere sapiens est et doctus  
magis a deo quam ab hominibus. Qui

ab intra scit ambulare et modicum  
res ab extra ponderare. non requirit  
loca. nec tempora expectat ad ha-  
benda deuota exercitia. Homo internus  
cito se recolligit quia nunquam se totum ad  
exteriora effundit. Non illi obest la-  
bor exterior aut occupatio ad tempus  
necessaria. sed sicut res eueniunt sic  
se illis accommodat. Qui intus bene  
dispositus est et ordinatus. non cu-  
rat mirabiles et peruersos hominum  
gestus. Tantum homo impeditur  
et distrahitur. quantum sibi res at-  
trahit. Si recte tibi esset et bene  
purgatus esses: omnia tibi in bo-  
num cederent et profectum. Ideo  
multa tibi displicent: et sepe cotur-  
bant. quia adhuc non es tibiipsum per-  
fecte mortuus nec segregatus ab om-  
nibus terrenis. Nihil sic maculat  
et implicat cor hominis. sicut impu-  
rus amor in creaturis. Si renuis  
consolari exterius. poteris speculari  
celestia: et frequenter interius in-  
bilare.

De humili submissione sub  
prelati regimine. Cap. ii.

**N**on magnopendas quis pro  
te uel contra te sit. sed hoc  
age et cura ut deus tecum  
sit in omni re quam facis. Habeas  
conscientiam bonam: et deus bene  
te defensabit. Quem enim adiuua-  
re uoluerit. nullius peruersitas no-  
cere poterit. Si tu scis tacere et pa-  
ti. videbis proculdubio domini au-  
xilium. Ipse nouit tempus et modum  
liberandi te: et ideo debes te illi re-  
signare. Dei est adiuuare et ab omni



confusione liberare. Sepe valde prodest ad maiorem humilitatem conseruandam. q̄ defectus nostros alij sciunt ⁊ redarguunt. Quando homo pro defectibus suis se humiliat. tunc facilliter alios placat. ⁊ leuiter satisficit sibi irascentibus. Humilem deus protegit ⁊ liberat. humilem diligit ⁊ cōsolatur. humili homini se inclinatur. humili largitur gratiam magnam: ⁊ post suam depressionem leuat ad gloriam. humili sua secreta reuelat ⁊ ad se dulciter trahit ⁊ inuitat. Humilis accepta contumelia ⁊ confusione satis bene est in pace quia stat in deo ⁊ non in mundo. Non reputes te aliquid profecisse. nisi omnib' inferiore te esse sentias.

De bono pacifico homine  
Cap. iij.

**B**one te primo in pace: ⁊ tunc alios poteris pacificare. Homo pacificus plus prodest q̄ bene doctus. Homo passionatus etiam bonum in malum trahit: ⁊ facilliter malum credit. Bonus pacificus homo omnia ad bonum conuertit. Qui bene in pace est. de nullo suspicatur: qui autē male contentus est ⁊ cōmotus. varijs suspitiōibus agitatur: nec ipse quiescit. nec alios quiescere permittit. Dicit sepe quod dicere non deberet: ⁊ omittit quod sepe sibi magis facere expediret. Considerat q̄ alij facere tenent. ⁊ negligit quod ipse facere tenetur. Habe ergo primum celum super te ipsum. tunc cetera

re poteris etiam iuste proximum tuum. Tu benefacta tua scis excusare ⁊ tolerare: ⁊ aliorum non vis recipere excusationes. Iustius esset ut te accusares: ⁊ fratrem tuum excusares. Si portari vis. porta ⁊ alium. Vide q̄ longe es adhuc a vera charitate ⁊ humilitate: quē nulli nouit indignari uel irasci nisi tū sibi ipsi. Nō est magnū cum bonis ⁊ mansuetis conuersari. hoc enim omnibus naturalit' placet: ⁊ vnusquisq; libenter pacem habet: ⁊ secum sentientes magis diligit. Sed cū duris ⁊ peruersis aut iudisciplinatis aut nobis contrariantibus pacifice posse viuere. magna gratia est ⁊ laudabile nimis virileq; factum. Sed sunt qui seipos in pace tenent. ⁊ cum alijs etiam pacem habent. Et sunt qui nec pacem habent: nec alios in pace dimittunt. Alijs sunt graues. sed sibi sunt semper grauiores. Et sunt qui seipos in pace retinent: ⁊ ad pacem alios reducere student: ⁊ tamen tota pax nostra in hac misera vita potius in humili sufferentia ponenda est q̄ in non sentiendo contraria. Qui melius scit pati. pacem tenebit maiorem. Iste est victor sui: ⁊ dominus mundi: amicus xpi: ⁊ heres celi.

De pura mente ⁊ simplici intentione  
Cap. iij.

**D**ubius alio homo subleuat a terrenis. simplicitate scilicet ⁊ puritate. Simplicitas debet esse

in intentione: puritas in affectiōe.  
Simplicitas intendit deū: puritas  
apprehendit et gustat. Nulla bona  
actio te impedit. si liber intus ab  
omni inordinato affectu fueris. Si  
nihil aliud q̄ dei bñplacitū et pro-  
ximi vtilitatem intendis et queris:  
interna libertate fruieris. Si rectū  
cor tuū esset: tunc omnis creatura  
speculū vitę et liber sanctę doctrine  
esset. Non est creatura tam parua  
et vilis quę bonitatem dei nō repre-  
sentet. Si tu esses intus bonus et  
purus. tūc omnia sine impedimēto  
videres et caperes bene. Cor purum  
penetrat celū et infernum. Qualis  
vnusquisq; intus est: taliter iudi-  
cat exteri. Si est gaudiū i mūdo:  
hoc vtiq; possidet puri cordis ho-  
mo. Et si est alicubi tribulatio et  
angustia. hoc meli⁹ nouit mala cō-  
scientia. Sicut ferrum missum in  
ignem amittit rubiginem et totum  
candens efficitur. sic homo ad deū  
se integre cōuertēs a torpore exiit  
et in nouum hominē transmutatur.  
Quando homo incipit repescere:  
tūc paruū metuit laborē. et libenter  
externam accipit cōsolationē. Sed  
quando perfecte incipit se vincere  
et viriliter in via dei ambulare: tūc  
min⁹ ea reputat: quę sibi prius gra-  
uia esse sentiebat.

De propria considera-  
tione Cap. v.

**N**on possumus nobis ipsis  
nimis credere. q; sepe no-  
bis gratia deest et sensus.  
Modicū lumen est in nobis: et hoc

cito per negligētiā amittim⁹. Sepe  
etiam non aduertimus q̄ tam ceci-  
intus sumus. Sepe male agimus:  
et peius excusamus: et passione in-  
terdum mouemur et celum putam⁹.  
Parua in alijs reprehendimus: et  
nostra maiora pertransim⁹. Satis  
cito sentimus et ponderamus quod  
ab alijs sustinemus: sed quantū alijs  
a nobis sustinent non aduertimus.  
Qui bene et recte sua pōderaret. nō  
esset qd̄ de alio grauit̄ iudicaret.  
Internus homo sui ipsius curam  
omnibus curis anteponit: et qui si-  
bi ipsi diligenter intendit. faciliter  
de alijs tacet. Nunq̄ eris internus  
et deuotus. nisi de alienis silueris:  
et ad teipsum specialiter respereris.  
Si tibi et deo totalit̄ intēdis. mo-  
dicū te mouebit quod foris perci-  
pis. Ubi es quādo tibi ipsi p̄sens  
nō es: et quando omnia percurristi  
quid te neglecto profecisti? Si de-  
bes habere pacem et vnionem verā.  
oportet q̄ totū adhuc postpouas et  
te solū p̄ oculis habeas. Multū  
proinde proficies si te feriatum ab  
omni tēporali cura consernes. Tal-  
de deficies si aliquid temporale re-  
putaueris. Nil altum nil magnum  
nil gratum nil acceptū tibi sit nisi  
pure deus aut de deo sit. Totū va-  
num estima q̄cqd̄ cōsolationis oc-  
currit de aliqua creatura. Amans  
deum anima sub deo despicit vni-  
uersa. Solus deus eternus et imen-  
sus implens omnia. solatium est  
animę et vera cordis leticia.

De leticia bonę conscientie  
Cap. vi.

**G**loria boni hominis testimoniū bonę cōscientie est. Habe bonam conscientiam: et semper habebis leticiam. Bona conscientia valde multa potest portare. et valde leta est inter aduersa. Mala conscientia semper timida est et inquieta. Suauiter requiesces. si te cor tuū non reprehenderit. Noli letari nisi cum benefeceris. Mali nunquā habent verā leticiam nec internā sentiūt pacē. qz nō est pax impijs dicit dñs. Et si dixerint: i pace sum⁹. nō venient sup nos mala: et q̄s nobis nocere audebit. Ne credas eis: qm̄ repēte exurget ira dei et in nihilū redigent⁹ act⁹ eoz. et cogitationes eoz peribūt. Gloriarī i tribulatione nō ē graue amāti. sic enī gloriarī ē in cruce dñi gloriarī. Breuis gloria que ab hominibus datur et accipitur. Adundi gloriam semper comitat⁹ tristitia. Bonoz gloria in conscientijs eoz et nō in ore hominum. Iustozū leticia de deo et i deo est: et gaudiū eoz de veritate. Qui veram et eternam gloriā desiderat: temporalē non curat. Et q̄ temporalē querit gloriā aut non ex animo cōtemnit. minus amare conuincit⁹ celestem. Magnam habet cordis trāquillitatē: qui nec laudes curat nec vituperia. Facile erit content⁹ et pacatus. cuius conscientia mūda est. Nō es sanctior: si lauderis nec vilior: si vitupereris. Quod es hoc es. nec maior: dici vales q̄ deo teste

sis. Si attendis quid apud te sis intus. nō curabis quid de te loquāt homines foris. Homo videt i facie deus aut in corde. Homo cōsiderat actus: deus pensat intentiones. Bene semp agere et modicū de se tenere humilis animę indicium est. Nolle cōsolari ab aliqua creatura. magnę puritatis et interne fiducię indicium est. Qui nullum extrinsecus pro se testimonium querit. liquet qz se deo totaliter cōmisit. Non enī qui se ipsum cōmēdat ille probatus est ait beatus paulus: sed quem deus cōmendat. Ambulare cum deo intus nec aliqua affectione teneri foris: status est interni hominis.

De amore ihu super omnia Cap. vii.

**B**eatus q̄ intelligit quid sit amare ihm: et contemnere seipsū p̄p̄t ihm. Oportet dilectum pro dilecto relinquere: qz ihus vult solus sup omnia amari. Dilectio creature fallax et instabilis. dilectio ihu fidelis et perseuerabilis. Qui adheret creature. cadet cū labili: qui amplectitur ihm firmabitur in eum. Illum dilige et amicum tene tibi. qui omnibus recedentib⁹ te nō derelinquet nec patietur i fine perire. Ab hoib⁹ oportet te aliquñ separari siue velis siue nolis. Teneas te apud ihm viuens et moriens: et illius fidelitati te committe qui omnibus deficientibus solus potest te iuuare. Dilect⁹ tuus talis est nature ut alienum non velit admittere sed solus vult cor tuū

habere. et tanquam rex in proprio throno  
sedere. Si scires te bene ab omni cre-  
atura euacuare. ihesus deberet liben-  
ter tecum habitare. Bene totum per-  
ditum inuenies. quicquid extra ihesum  
in hominibus posueris. Non con-  
fidas nec innitaris super calanum  
ventosum; quia omnis caro fenum  
et omnis gloria eius ut flos feni ca-  
det. Esto decipieris si ad externam  
hominum apparentiam tantum aspexeris.  
Si enim tuum in alijs quæris  
solatium et lucrum; senties sepe de-  
trimentum. Si quæris in omnibus  
ihesum; inuenies utique ihesum. Si autem  
quæris teipsum; inuenies etiam te  
ipsum. sed ad tuam perniciem. Plus  
enim homo nocet sibi si ihesum non  
querit. quam totus mundus et omnes sui  
aduersarii.

De familiari amicitia  
ihesu Cap. viij.

**Q**uando ihesus adest. totum bo-  
num est. nec quicquam difficile  
videtur. Quoniam si ihesus non  
adest. totum durum est. Quoniam si ihesus intus  
non loquitur. consolatio vilis est. Si  
autem ihesus vnus verbum loquitur tantum. ma-  
gna consolatio sentitur. Nonne maria  
magdalena statim surrexit de loco  
in quo fleuit quoniam martha illi dixit:  
Magister adest et vocat te. Felix  
hora quoniam ihesus vocat de lacrymis ad  
gaudium spiritus. Quod aridus et durus  
es sine ihesu. Quod insipiens et vanus si  
cupis aliquid extra ihesum. Nonne hoc  
est malus damnus quam si totum perde-  
res mundum. Quid potest mundus  
conferre sine ihesu? Esse sine ihesu gra-

nus est infernus; et esse cum ihesu dul-  
cis paradisius. Si fuerit tecum ihesus.  
nullus poterit nocere inimico. Qui  
inuenit ihesum. inuenit thesaurum bo-  
num. imo bonum super omne bonum. Et  
qui perdit ihesum. perdit nimis multum  
et plus quam totum mundum. Pauperum  
est qui viuit sine ihesu. Ditissimus qui  
bene est cum ihesu. Magna ars est sci-  
re conuersari cum ihesu. et scire ihesum te-  
nere magna prudentia. Esto humi-  
lis et pacificus et erit tecum ihesus. Vis  
deuotus et quietus et permanebit tecum  
ihesus. Potes cito fugare ihesum et gra-  
tiam eius perdere si volueris ad ex-  
teriora declinare. Et si illum effu-  
gaueris et perdidideris; ad quem tunc  
fugies? et quem tunc quæres amicum?  
Sine amico non potes diu viuere;  
et si ihesus non fuerit tibi pro omnibus  
amicus. eris nimis tristis et desolatus.  
Fatue igitur agis si in aliquo alte-  
ro confidis et letaris. Eligendum est  
magis totum mundum habere con-  
trarium. quam ihesum offensum. Ex om-  
nibus ergo charis sit ihesus dilectus  
specialis. Diligantur omnes propter  
ihesum. ihesus autem propter seipsum.  
Solutus ihesus Christus singulariter est  
amandus; qui solus bonus et fidelis  
inuenitur pro omnibus amicis. Pro-  
pter ipsum et in ipso tam amici quam ini-  
mici tibi sint chari; et pro omnibus  
his exorandus est ut omnes ipsum  
cognoscant et diligant. Nunquam cupi-  
as singulariter laudari et amari; quia  
hoc solius dei est; qui similem sibi  
non habet. Nec velis quod aliquis in  
coele suo tecum occupetur. neque tu

cum alicuius occuperis amore: sed sit ibi in omni bono homine. Esto purus et liber ab intus sine alicuius creature implicamento. Oportet te esse nudum: et purum cor ad ipsum gerere si vis vacare et videre quod suavis est dominus. Et reuera ad hoc non peruenies nisi gratia eius fueris preuentus et intractus: ut omnibus euacuatis et licentiatis solus cum solo uniaris. Quando enim gratia dei venit ad hominem tunc potens fit ad omnia: et quando recedit tunc pauper et infirmus erit. et quasi tunc ad flagella relinquitur. In his non debes deijci nec desperare: sed ad voluntatem dei equanimiter stare: et cuncta superuenientia tibi ad laudem ipsius christi perpeti: quia post hyemem sequitur estas. post noctem redit dies: et post tempestatem serenitas magna.

De carentia omnis

solatii Cap. ix.

**N**on est graue humanum contemnere solatium. cum adest diuinum. Magna est et valde magnum tam humano quam diuino posse carere solatio: et pro honore dei libenter exilium cordis velle sustinere: et in nullo seipsum querere nec ad proprium meritum respicere. Quid magni es si hilaris sis et deuotus adueniente gratia. optabilis cunctis hec hora: Satis suauiter equitat: quem gratia dei portat. Et quid mirum si onus non sentit qui portatur ab omnipotente et ducit a summo ductore? Libenter

habemus aliquid pro solatio. et difficulter homo exiit a seipso. Vicit sanctus martyr Laurentius seculum cum suo sacerdote: quia omne quod in mundo delectabile videbatur despexit: et dei summi sacerdotem Sixtum quem maxime diligebat pro amore christi etiam a se tolli clementer ferebat. Amore igitur creatoris amorem hominis superauit: et pro humano solatio diuinum beneplacitum magis elegit. Ita et tu aliquem necessarium et dilectum amicum pro amore dei disce relinquere. Nec grauer feras cum ab amico derelictus fueris: sciens quoniam oportet nos omnes tandem ab inimicem separari. Multum et diu oportet hominem in seipso certare. antequam discat seipsum plene superare: et totum affectum suum plene in deum trahere. Quando homo stat super seipso. facile labitur ad consolationes humanas. Sed verus christi amator et studiosus sectator virtutum non cadit super illas consolationes nec querit tales sensibiles dulcedines: sed magis fortes exercitationes: et pro christo duos sustinere labores. Cum igitur spiritualis consolatio a deo datur. cum gratiarum actione accipe eam: sed dei munus intellige esse non tuum meritum: et noli extolli. Noli nimium gaudere nec inaniter presumere: sed esto magis humilior ex dono. cautior quoque et timoratio: in cunctis actibus tuis: quoniam transibit hora illa et sequetur tentatio. Cum ablata fuerit

consolatio. nō statim desperes: sed  
cū humilitate ⁊ patientia expecta  
celestē visitationē: quia potens est  
deus ampliozem tibi redonare gra-  
tiam ⁊ consolationē. Istud non est  
nouū nec alienū viam dei expertis  
q: in magnis sanctis ⁊ in antiquis  
prophetis fuit talis sepe alternati-  
onis modus. Unde quidā presen-  
te iam gratia dicebat: Ego dixi in  
abundantia mea. non mouebo: in  
eternū. Absente autē gratia. quid in  
se fuerit expertus adiungit dicens:  
Auertisti faciem tuam a me ⁊ factus  
sum conturbatus. Inter hęc tamen  
nequaquā desperat s; instantius dñm  
rogat. ⁊ dicit: Ad te dñe clamabo  
⁊ ad deū meum deprecabor. Deniq;  
orationis sue fructum reportat ⁊ se  
exauditum testatur. dicens: Audi-  
uit dñs ⁊ misertus ē mei: dñs factus  
est adiutor meus. Sed in quo? Con-  
uertisti inquit planctū meū in gau-  
diū mihi ⁊ circumdedisti me leticia.  
Et si sic actū est cum magnis san-  
ctis. non est desperandū nobis in-  
firmis ⁊ pauperibus si interdum in  
frigiditate ⁊ interdum in feruore  
sumus: quoniam spiritus venit ⁊  
recedit s; in sue voluntatis benepla-  
citurum. Unde beatus Job ait: Vi-  
sitas eum diluculo ⁊ subito probas  
illum. Super quid igitur sperare  
possum aut in quo confidere debeo  
nisi in sola magna misericordia dei  
⁊ in sola spe gratię celestis? Siue  
enim adsint homines boni siue de-  
noti fratres ⁊ amici fideles. siue li-  
bri sancti uel tractatus pulchri. siue

dulcis cantus ⁊ hymni. oia hęc mo-  
dicū iuuāt ⁊ modicū sapiūt. quādo  
desertus sū a gratia: ⁊ in ppria pau-  
perrate relictus. Tunc nō est melius  
remedium q̄ patientia ⁊ abnegatio  
mei in voluntate dei. Nunquā in-  
ueni aliquē religiosum qui non ha-  
buerit interdum gratię subtractio-  
nem. aut nō senserit feruoris dimi-  
nutionē. Nullus sanctus fuit vnquā  
tam alte raptus ⁊ illuminatus qui  
prius uel postea non fuit tentatus.  
Non enim dignus est alta dei con-  
templatione: qui pro deo nō est ex-  
ercitatus aliqua tribulatione. So-  
let enim sequentis cōsolatiōis. ten-  
tatio precedens esse signum. Nam  
tentationibus pbatis celestis pro-  
mittit cōsolatio. Qui vicerit in-  
quit dabo ei edere de ligno vitę.  
Dat etiā cōsolatio diuina ut homo  
fortior sit ad sustinendum aduersa.  
Sequitur etiam tentatio. ne se eleuet  
de bono. Nō dormit diabolus. nec  
caro adhuc mortua est: ideo non  
cesses preparare te ad certamē. q: a  
dextris ⁊ a sinistris sunt hostes qui  
nunquā quiescunt.

De gratitudine p grā dei Cap. x.

**Q**uid queris quierē cū nat-  
us ad laborē? Donec te ad  
patientiam magis q̄ ad con-  
solationē: ⁊ ad crucē portandā ma-  
gis q̄ ad leticiā. Quis enim secula-  
rium non libenter consolationem  
⁊ leticiam spiritualem acciperet. si  
semper obtinere posset. Excedunt  
enī spirituales consolationes omnes  
mūdi delicias ⁊ carnis voluptates.

Nam omnes delitię mundanę. aut turpes sunt aut vanę. Spirituales vero delitię solę iocundę et honestę ex virtutibus progenitę et a deo puris infusę mentibus. Sed istis diuinis consolationibus nemo semper pro suo affectu frui valet. q: temp<sup>9</sup> tentationis non diu cessat. Multũ cõtrariat<sup>r</sup> superne visitationi falsa libertas animi et magna confidentia sui. Deus bene facit consolationis gratiã dando: sed homo male agit non totũ deo cum gratiarũ actione retribuendo. Et ideo non possunt in nobis dona gratię fluere. quia in grati sumus auctori. nec totum refundimus fontali origini. Semper enim debetur gratia. digne gratias referẽti. auferet<sup>r</sup> ab elato quod dari solet humili. Nolo consolationem quę mihi aufert cõpunctionem. nec affecto cõtemplationẽ quę ducit in elationem. Non enim omne altum sanctũ. nec omne desiderium purum. nec omne dulce bonum. nec omne charũ gratũ deo. Libenter accepto gratiã unde humilio: et timoratio: inueniar. atq; ad relinquendũ me paratio: fiam. Doctus dono gratię et erudit<sup>9</sup> subtractionis verbera nõ sibi audebit quicq; boni attribuere sed potius se pauperẽ et nudũ confitebitur. Da deo quicquid dei est: et tibi ascribe quod tuũ est. hoc est. deo gratias pro gratia tribue. tibi autẽ soli culpam: et dignã penã pro culpa deberi sentias. Donec te semp ad infimũ et dabitur tibi summũ: nam summũ non stat sine infimo.

Summi sancti apud deum. minimi sunt apud se: et quanto gloriores tãto in se humiliores. pleni veritate et gloria celesti. non vanę glorię cupidi. In deo fundati et confirmati nullo modo possunt esse elati: et qui deo totum ascribunt quicquid boni acceperunt. gloriam ab inuicem nõ querunt: sed gloriã quę a solo deo est volunt: et deum in se et in omnibus sanctis laudari sup omnia cupiunt: et semper in idipsum tendunt. Esto igit<sup>r</sup> gratus in minimo. et eris dign<sup>9</sup> maiora accipere. Sit tibi minimũ etiã p maximo. et magis contẽptibile pro speciali dono. Si dignitas datoris inspiciẽt. nullũ datum paruũ aut munus vile videbit. Nõ enim paruum est quod a summo deo donat etiam si penas et verbera donauerit gratum esse debet. q: semper pro salute nostra facit quicq; nobis aduenire permittit. Qui gratiam dei retinere desiderat. sit grat<sup>9</sup> pro grã dei data. patiens pro sublata. oret ut redeat. cautus sit et humilis ne amittat.

De paucitate amatozum  
crucis ihu Cap. xi.

**H**abet ihus nunc multos amatores regni sui celestis sed paucos baiulatores sue crucis. Habet multos desideratores consolationis. sed paucos tribulationis. Plures inuenit socios mensę: sed paucos abstinentię. Omnes volũt cũ xpõ gaudere. sed pauci volũt p ipso aliquid sustinere. Multo sequuntur ihm vsq; ad fractionem

panis: sed pauci ad bibendum calicem passionis. Multi miracula eius venerant: sed pauci ignominiam crucis sequuntur. Multi ihm diligunt: quod diu aduersa non contingunt. Multi illum laudant et benedicunt: quod diu consolationes aliquas ab ipso recipiunt. Si autem se ihesu absconderet et modicum eos relinqueret: aut in querimoniam aut in deiectionem nimiam cadunt. Qui autem ihm propter ihm et non propter suam aliquam consolationem propria diligunt. ipsum in tribulatione et in angustia cordis sicut in summa consolatione benedicunt. Et si nunquam eis consolationem dare vellet: ipsum tamen semper laudaret et semper gratias agere vellet. Quod quantum potest amor ihesu purus nullo proprio comodo uel amore permixtus. Nonne omnes mercenarii sunt dicendi: qui consolationes semper querunt? Nonne amatores sui magis quam christi probantur: qui sua comoda uel lucra semper meditantur? Ubi inuenitur talis qui velit deo seruire gratis? Raro inuenitur tam spiritualis aliquis qui omnibus sit nudatus. Nam verum spiritu pauperem et ab omni creatura nudum quis inueniet? Procul et de ultimis fimbriis precium eius. Si dederit homo omnem substantiam suam. adhuc nihil est: et si fecerit penitentiam magnam adhuc exiguum est: et si apprehenderit omnem scientiam. adhuc longe est: et si habuerit virtutem magnam et deuotionem nimis ardentem. adhuc multum sibi deest. primum scilicet quod

sibi summe necessarium est. Quid illud? Ut omnibus relictis se relinquat et a se totaliter creet: nihilque de privato amore retineat. Cum omnia fecerit que facienda nouerit. nihil se fecisse sentiat. Non grande ponderet quod grandis estimari possit: sed in veritate seruum inutilem se pronunciet. sicut veritas ait: Cum feceritis omnia que precepta vobis sunt. adhuc dicite quia serui inutiles sumus. Tunc vero pauper et nudus spiritu esse poterit et cum propheta dicere: Quia vnicus et pauper sum ego. Nemo isto ditior: nemo tamen liberior: nemo potentior: illo qui scit se et omnia relinquere et ad infimum se ponere.

De regia via sancte crucis Cap. xii.

**D**urus hic multis videtur sermo: Abnega te ipsum tolle crucem tuam et sequere ihm. Sed multo durius erit audire illud extremum verbum: Descendite a me maledicti in ignem eternum. Qui enim modo libenter audiunt et sequuntur verbum crucis. tunc non timebunt ab auditione mala eterne damnationis. Hoc signum crucis erit in celo cum dominus ad iudicandum venerit. Tunc omnes serui crucis qui se crucifixo conformauerunt in vita. ad christum accedent iudicem cum magna fiducia. Quid igitur times tollere crucem per quam itur ad regnum? In cruce salus. in cruce vita. in cruce protectio ab hostibus. in cruce infusio supernae suauitatis. in cruce robur metis. in cruce gaudium



spiritus. in cruce virtus summa. in cruce perfectio sanctitatis. Non est salus anime nec spes eterne vite nisi in cruce. Tolle ergo crucem et sequere ihm. et ibis in vitam eternam. Precessit ille baiulans sibi crucem et mortuus est pro te in cruce. ut tu etiam portes crucem et mori affectes in cruce. quia si commortuus fueris. etiam cum illo pariter viues: et si socius fueris penitus socius eris et glorie. Ecce in cruce totum constat et in moriendo totum iacet: et non est alia via ad vitam et ad veram internam pacem nisi via sancte crucis et quotidianae mortificationis. Ambula ubi vis. quere quodcumque volueris: et non inuenies altiore viam supra. nec securiorem viam infra nisi viam sancte crucis. Dispone et ordina omnia secundum tuum velle et videre. et non inuenies nisi semper aliquid pati debere aut sponte aut inuite: et ita crucem semper inuenies. Aut enim in corpore dolore senties. aut in anima spiritus tribulationem sustinebis. Interdum a deo relinqueris. interdum a proximo exercitaberis. et quod amplius est sepe tibi metipsum grauis eris. nec tamen aliquo remedio vel solatio liberari seu allenari poteris. sed donec deus voluerit oportet quod sustineas. Vult enim deus ut tribulationem sine consolatione discas pati. et ut illi totaliter te subicias et humilio: ex tribulatione fias. Nemo ita cordialiter sentit passionem christi sicut is cui contigerit similia pati: Crux igitur semper parata est et ubique te expectat.

Non potes effugere ubicumque cucurreris: quia ubicumque veneris teipsum tecum portas. et semper teipsum inuenies. Conuerte te supra. conuerte te infra. conuerte te extra et intra. et in his omnibus inuenies crucem: et necesse est te ubicumque tenere patientiam. si internam vis habere pacem et perpetuam. promereri coronam. Si libenter crucem portas portabit te et deducet te ad desideratum finem: ubi scilicet finis patienti erit quousque hic non erit. Si inuite portas. onus tibi facis: et teipsum magis grauas. et tamen oportet ut sustineas. Si abijcis unam crucem: aliam proculdubio inuenies et forsitan grauiorem. Credis tu euadere quod nullus mortalium potuit preterire? Quis sanctorum in mundo sine cruce et tribulatione fuit? Nec enim dominus noster ihesus christus vna hora sine dolore passionis fuit quod diu vixit. Oportebat autem christum pati et resurgere a mortuis: et ita intrare in gloriam suam. Et quomodo tu aliam viam queres quam hanc regiam viam que est via sancte crucis? Tota vita christi crux fuit et martyrium: et tu tibi queres requiem et gaudium? Erras erras si aliud queres quam pati tribulationes: quia tota ista vita mortalis plena miserie et circumscripta signata crucibus. Et quanto altius quis in spiritu profecerit: tanto grauiores cruces sepe inueniet. quia exilium sui pena magis ex amore crescit. Sed tamen iste sic multipliciter afflictor non est sine leuamine consolationis: quia fructus magni sibi sentit accrescere ex sufferentia sue crucis.

**N**am dū spōte illi se subiicit. omne onus tribulationis in fiduciam diuine consolationis conuertitur. Et quanto caro magis p̄ tribulationē atterit̄: tanto ampli⁹ spiritus p̄ internā consolationē roboratur. Et nōnūq̄ intantū confortatur ex affectu tribulationis ⁊ aduersitatis ob amorem conformitatis crucis xp̄i: ut non sine dolore ⁊ tribulationē esse vellet: quoniā tanto se acceptiorem deo credit: quāto plura ⁊ grauiora pro eo p̄ferre poterit. Nō est illud virtus hominis. sed gratia xp̄i: quę tanta potest ⁊ agit in carne fragili: ut quod naturaliter semp̄ abhorret ⁊ fugit. hoc feruore spiritus aggrediatur ⁊ diligat. Non est fm̄ hominē crucem portare. crucē amare. corpus castigare: ⁊ seruituti subiicere. honores fugere. contumeliā libenter sustinere. seipsū despiciere ⁊ despici optare. aduersa quęq̄ cum damnis perpeti. ⁊ nihil prosperitatē in hoc mūdo desiderare. Si ad te ipsum respicis. nihil huiusmodi ex te poteris: sed si in dño cōfidis. dabitur tibi fortitudo de celo: ⁊ subiicietur ditioni tuę mund⁹ ⁊ caro. Sed nec inimicū diaboli timebis. si fueris fide armatus: ⁊ ih̄u cruce signatus. Prepara ergo te sicut fidelis ⁊ bonus seruus xp̄i ad portandam viriliter crucē dñi tui. p̄ te ex amore crucifixi. Prepara te ad toleranda multa aduersa ⁊ varia incōmoda in hac misera vita: quia sic tecum erit vbicūq̄ fueris. ⁊ sic reuera eum inuenies vbicūq̄ latueris. Oportet

te ita esse. ⁊ nō est remediū euadendi a tribulatione malorū ⁊ dolore q̄ ut te patiaris. Calicem dñi affectanter bibe si amic⁹ ei⁹ esse ⁊ partē cum eo habere desideras. Cōsolationes deo cōmitte. faciat ipse cum talibus sicut sibi magis placuerit. Tu nō pone te ad sustinendum tribulationes: ⁊ reputa eas maximas consolationes: quia non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriā: quę reuelabitur in nobis promerendam. etiam si sol⁹ omnes posses sustinere. Quando ad hoc veneris q̄ tribulatio tibi dulcis est ⁊ sapit pro xp̄o. tūc bene tecum esse estima: quia inuenisti paradysum ī terra. Quidiu pati tibi graue est ⁊ fugere quęris. tandiu male habebis: ⁊ sequet̄ te vbicūq̄ fuga tribulationis. Si ponis te ad quod esse debes. videlicet ad patiendum ⁊ moriendū. fiet cito melius ⁊ pacē inuenies. Etia⁹ ⁊ si raptus fueris in tertiū celū cū paulo. nō es p̄pterea securatus de nullo cōtrario sustinendo. Ego inquit ih̄us ostendam illi quanta oporteat eū pro nomine meo pati. Pati ergo tibi remanet. si ih̄m diligere ⁊ p̄p̄tue illi seruire placet. Utinā dign⁹ esses p̄ nomine ih̄u aliquid pati. q̄ magna gloria remaneret tibi. quāta exultatio omnibus sanctis dei: quāta edificatio esset pximi. Nam patiētia omnes recōmendat. quibus pauci tñ pati velint. Merito deberes libenter modicum pati p̄ xp̄o: cū multi grauiora patiūt̄ p̄ mūdo.

Scias p certo q: morientē te oportet ducere vitā: & quanto plus qsqz sibi morit. tanto deo magis viuere incipit. Nemo apertus est ad cōprehendēdū celestia. nisi se submiserit ad portandū p xpo aduersa. Nihil deo acceptius. nihil tibi salubrius in mundo isto q̄ libenter pati pro xpo. Et si eligendum tibi esset. magis optare deberes pro xpo aduersa pati q̄ multis consolationibus recreari. quia xpo similiores es & omnibus sanctis ei' magis cōformior. Non enim stat meritum nostrum & profectus status nostri in multis suauitatibus & cōsolationibus; sed potius in magnis grauitatibus & tribulationibus perferendis. Si quidem aliquid melius & vtili' salutis hōiuz q̄ pati fuisset: xps vtriqz verbo & exemplo ostendisset. Nam & sequentes se discipulos omnesqz eum sequi cupientes manifeste ad crucem portandam hortat' & dicit: Si quis vult venire post me. abneget semetipsum & tollat crucē suā & sequat' me. Omnib' ergo perlectis & scrutatis sit ista finalis conclusio. Quoniā per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei.

Explicit liber secundus

Incipit tertius

De interna xpi locutione ad animam fidelem Cap. 1.

**A**udiam quid loquatur in me dñs deus. Beata anima que dñm in se loquentē audit & de ore ei' verbū consolationis accipit. Beatę

aures que venas diuini susurrj suscipiunt: & de mundi huius susurrionib' nihil aduertunt. Beatę plane aures que non vocē foris sonantem: sed interius auscultant veritatem loquentem & docentem. Beati oculi qui exterioribus clausi. interioribus autē sunt intenti. Beati qui interna penetrant: & ad capienda archana celestia magis ac magis p quotidiana exercitia se student preparare. Beati qui deo vacare gestiunt & ab omni impedimento seculi se excutiunt. Animaduerte hęc o aia mea & claude sensualitatis tuę ostia ut possis in te audire quid loquatur dñs deus in te: Hęc dicit dilectus tuus. Salus tua ego sum. pax tua & vita tua. Serua te apud me & pacē inuenies. Dimitte omnia trāsitoria & quere eterna. Quid sunt omnia temporalia nisi seductoria? Et quid inuant omnes creature. si fueris a creatore deserta? Omnib' ergo abdicatis. creatori tuo te redde placidam ac fidelem ut verā valeas apprehendere beatitudinem.

Veritas intus loquitur sine strepitu verborum Cap. ij.

**L**oquere dñe quia audit seruus tuus. Seru' tuus ego sum: da mihi intellectū ut sciam testimonia tua. Inclina cor meū in verba oris tui: fluat ut ros eloquium tuum. Dicebant olim filij israel ad moysen: loquere nobis tu & audiemus. non loquatur nobis dñs ne forte moriamur. Nō sic dñe non sic oro; sed magis cui samuele

ppheta humiliter ac desideranter  
obsecro: Loquere dñe quia audit  
seruus tuus: nō loquat̄ mihi moy/  
ses aut aliquis ex prophetis: s; po/  
tius tu loquere domine deus inspi/  
rator: et illuminator: omniū prophe/  
tarum: quia tu solus sine eis potes  
me perfecte imbuerē: illi autē sine  
te nihil proficient. Possunt quidē  
verba sonare sed spiritum non con/  
ferunt. Dulcherrime dicunt. sed te  
tacente cor nō accendunt. Litteras  
tradūt: sed tu sensum aperis. Mi/  
steria proferūt: sed tu referas intel/  
lectum signatorū. Mandata edi/  
cunt: sed tu iuuas ad perficiendū.  
Uiam ostendunt: sed tu confortas  
ad ambulandū. Illi foris tñ agūt:  
sed tu corda instruis et illuminas.  
Illi exterius rigant: sed tu fecun/  
ditatem donas. Illi clamant ver/  
bis: sed tu auditui intelligētā tri/  
buis. Non ergo loquat̄ mihi moy/  
ses: sed tu dñe deus meus eterna  
veritas. ne forte moriar et sine fru/  
ctu efficiar. Si fuero tñ foris ad/  
monitus et intus non accensus. ne  
sit mihi ad iudicium. uerbum audi/  
tum et non factum. cognitum nec  
amatum. creditum et non seruatū.  
Loquere igitur dñe quia audit ser/  
uus tuus. Uerba enim uitę eterne  
habes. loquere mihi ad qualēcūq;  
anime mee consolationem: et ad to/  
tius uitę mee emendationem. tibi  
autem ad gloriam et perpetuum ho/  
nozem.

¶ Verba dei cum humilitate  
sunt audienda: et q̄ multi ea

non ponderant Cap. iij.

**A**udi fili mi uerba mea. uer/  
ba suauissima. omnē phi/  
losophorū et sapientū hui/  
mundi scientiam excedentia. Uer/  
ba mea spiritus et uita sunt. nec hu/  
mano sensu pensanda. Nō sunt ad  
vanam complacentiam trabenda:  
sed in silentio audienda et cum om/  
ni humilitate atq; affectu magno  
suscipienda. et dixi: Brūs ē quē tu  
erudieris dñe et de lege tua docue/  
ris eum ut mitiges ei a diebus ma/  
lis et nō desoletur in terra. Ego in/  
quit dñs docui prophetas ab initio  
et vsq; nunc non cesso omnibus lo/  
qui: sed multi ad uocem meam sur/  
di sunt et duri. Plures mundum li/  
bentius audiunt q̄ deum: facilius  
sequūt̄ carnis sue appetitum q̄ dei  
beneplacitum. Promittit mundus  
temporalia et parua. et seruit ei au/  
ditate magna. Ego promitto lūma  
et eterna. et torpescunt mortaliū cor/  
da. Quis tanta cura mihi in om/  
nibus seruit et obedit sicut mundo  
et dominis eius seruitur? Erubescē  
sydon ait mare. Et si causā queris  
audi quare. Pro modica p̄benda  
longa uia curritur: et pro eterna ui/  
ta uita multis pes semel a terra le/  
uatur. Uile preciū querit̄. pro vno  
nūmismate interdum turpiter liti/  
gatur: et p̄ uana re et parua promi/  
sione die noctuq; fatigari non ti/  
metur. Sed prohdolo: p̄ bono in/  
cōmutabili. pro p̄mio inestimabi/  
li. pro sūmo honore et gloria inter/  
miuabili uel ad modicum fatigari

pigratur. Erubescere ergo serue pi-  
ger et querulose quod illi paratioris in-  
ueniuntur ad perditionem quam tu ad  
vitam. Gaudent illi amplius ad va-  
nitatem quam tu ad veritatem. Equi-  
dem a spe sua non nunquam frustrantur;  
sed promissio mea neminem fallit. nec  
confidentem mihi dimittit inanem.  
Quod promisi dabo; quod dixi im-  
plebo. si tamen usque in finem fide-  
lis in dilectione mea quis perman-  
serit. Ego remunerator sum omnium  
bonorum et fortis probator omnium  
deuotorum. Scribe verba mea in  
corde tuo et pertracta diligenter;  
erunt enim in tempore tentationis  
valde necessaria. Quod non intel-  
ligis cum legis. cognosces in die vi-  
sitationis. Dupliciter soleo electos  
meos visitare. tentatione scilicet et  
consolatione; et duas lectiones eis  
quotidie lego. unam increpando eorum  
vitia. alteram exhortando ad vir-  
tutum incrementa. Qui habet ver-  
ba mea et spernit ea. habet qui in-  
dicet eum in nouissimo die.

Oratio ad implorandum de-  
uotionis gratiam Cap. iij.

**D**omine deus meus omnia  
bona mea tu es. Et quod ego  
sum ut audeam ad te loqui?  
Ego sum pauperrimus seruulus tuus  
et abiectus vermiculus multo pau-  
perior et contemptibilior quam scio et di-  
cere audeo. Memoro tamen do-  
mine quod nihil sum. nihil habeo. ni-  
hilque valeo. Tu solus bonus iustus et  
sanctus. tu omnia potes. omnia pre-  
stas. omnia implet. solum peccatorem

inanem relinquens. Reminiscere  
miserationum tuarum domine; et  
imple cor meum gratia tua; qui non  
vis vacua esse opera tua. Quomo-  
do possum me tolerare in hac mise-  
ra vita. nisi me confortauerit mise-  
ricordia et gratia tua? Noli auer-  
tere faciem tuam a me. noli visita-  
tionem tuam prolongare. noli con-  
solationem tuam abstrahere. ne fiat  
gratia mea sicut terra sine aqua tibi.  
Domine doce me facere voluntatem  
tuam. doce me coram te digne et hu-  
militer conuersari; quia sapientia  
mea tu es; qui in veritate me co-  
gnoscis; et cognouisti antequam fieret  
mundus; et antequam natus essem in  
mundo.

Oratio in veritate et humili-  
tate coram deo conuer-  
sandam est Cap. v.

**H**ili ambula coram me in ve-  
ritate; et simplicitate cor-  
dis tui quere me semper.  
Qui ambulat coram me in verita-  
te. tutabitur ab incurribus malis et  
veritas liberabit eum a seductoribus  
et a detractioibus iniquorum. Si ve-  
ritas te liberauerit. vere liber eris et  
non curabis de vanis hominum ver-  
bis. Domine verum est sicut dicis.  
ita queso mecum fiat. Veritas tua  
me doceat. ipsa me custodiat et usque  
ad salutarem finem me conducat.  
Ipsa me liberet ab omni affectione  
mala et inordinata dilectione; et am-  
bulabo tecum in magna cordis li-  
bertate. Ego te docebo ait veritas  
que recta sunt et placita coram me.

Logita peccata tua cū displicentia magna ⁊ merore; ⁊ nūq̄ reputes te aliquid esse ppter opera bona. Reuera peccator es ⁊ multis passionibus obnoxius ⁊ implicatus. Ex te semper ad nihil tendis ⁊ cito laboris. cito vinceris. cito turbaris. cito dissolueris. Nō habebis quicq̄ vnde possis gloriari; s; multa vnde re debes vilificare; quia multo infirmior es. q̄ vales comprehendere. Nihil ergo magnū tibi videat̄ ex omnib; quę agis. nihil grāde. nihil preciosū ⁊ admirabile. nihil reputatione appareat dignū. nihil altum nihil vere laudabile ⁊ desiderabile nisi quod eternum est. Placeat tibi super omnia eterna veritas. displiceat tibi super omnia vilitas maxima tua. Nihil sic timeas. nihil sic vituperes ⁊ fugias sicut vitia ⁊ peccata tua; quę magis displicere debent q̄ quelibet rerū damna. Quidam non sincere corā me ambulant sed quadā curiositate ⁊ arrogantia ducti volūt secreta mea scire ⁊ alta dei intelligere. se ⁊ suā salutē negligentes. Hi sepe in magnas tērationes ⁊ peccata propter suā superbiam ⁊ curiositatē me eis aduersante labunt. Time iudicia dei. expauesce iram omnipotentis; noli autē discutere opera altissimi. s; tuas iniquitates pscrutare. in quāris deliquisti ⁊ q̄ multa bona neglexisti. Quidā solū portant suā deuotionē in libris ⁊ quidā in imaginibus; quidā autē in signis exteriorib; ⁊ figuris; quidam habent me in ore; sed modicū

i corde. Sūt ⁊ alij q̄ intellectu illuminati ⁊ affectu purgati ad eterna semp anhelant; de terrenis gramē audiunt; necessitatibus nature dolenter inserviunt; ⁊ hi sentiūt quid veritatis spiritus loquit̄ in eis qui docet eos terrena despiciere ⁊ amare celestia. mūdū negligere; ⁊ cēlū tota die ac nocte desiderare.

De mirabili affectu diuini amoris. Cap. vi.

**B**enedico te pater celestis pater dñi mei ihu xpi. quia mei pauperis dignatus es recordari. O pater misericordiarū ⁊ deus totius consolatiōis. gratias ago tibi qui me indignū omni consolatione quādoq; tua recreas consolatione. Benedico te semper ⁊ glorifico cum vnigenito filio tuo ⁊ spiritu sancto paraclito in secula seculorū. Eya dñe deus amator sancte meus cum tu veneris in cor meum exultabunt omnia interiora mea. Tu es gloria mea ⁊ exultatio cordis mei; tu spes mea ⁊ refugiū meū in die tribulationis mee. Sed quia adhuc debilis sum in amore ⁊ imperfect' i virtute; ideo necesse habeo a te cōfortari ⁊ cōsolari; ppterea visita me sepius ⁊ instrue disciplinis sanctis. Libera me a passionibus malis; ⁊ sana cor meū ab omnibus affectionibus inordinatis ⁊ vitijs; ut intus sanatus ⁊ bene purgatus aptus eff. ciar ad amandū. fortis ad patiendū. stabilis ad perseverandū. Magna res est amor. magnū omnino bonum; quod solum leue facit

omne onerosū: et fert equaliter omne inaequale. Nam onus sine onere portat: et omne amarū dulce ac sapidū efficit. Amor ihu nobilis ad magna operanda impellit: et ad desideranda semper perfectiora excitat. Amor vult esse sursum nec ullis infimis rebus retineri. Amor vult esse liber et ab omni mundana affectioe alienus. ne internus eius impediatur aspectus. ne per aliquod commodum temporale implicatioes sustineat aut per incomodū succūbat. Nihil dulcius est amore. nihil fortius. nihil altius. nihil latius. nihil iocundius. nihil plenius. nihil melius in celo et in terra. quia amor a deo natus est: nec potest nisi in deo super omnia creata requiescere. Amans volat. currit. letatur. liber est et non tenetur. dat omnia pro omnibus: et habet omnia in omnibus. quia in vno summo super oia quiescit: ex quo omne bonū fuit et procedit. Non respicit ad dona: sed ad donantē se conuertit super omnia bona. Amor modum semper nescit: sed super omnē modū feruescit. Amor onus non sentit. labores non reputat. plus affectat quam valet. de impossibilitate non causatur quia cuncta sibi posse et licere arbitrat. Valet igitur ad omnia et multa implet et effectui mancipat ubi non amans deficit et iacet. Amor vigilat: et dormiens non dormitat. Fatigatus non lassatur. artatus non artatur. territus non conturbatur: sed sicut viua flamma et ardens facula sursum erumpit. secureque per-

transit. Si quis amat. nouit quid haec vox clamet. Magnus clamor in auribus dei est. ipse ardens affectus anime que dicit: Deus meus. amor meus. tu totus meus et ego tuus. Dilata me in amore: ut discam interiora cordis ore degustare. quam suauis sit amare et in amore liquefieri et natare. Teneat amore vadens supra me pro nimio feruore et stupore. Cantem amoris canticum: sequar te dilectum meum in altum: deficiat in laude tua anima mea iubilans ex amore. Amem te plus quam me: nec me nisi propter te: et omnes in te qui vere amant te. sicut iubet lex amoris lucēs ex te. Est amor velocis. sincerus. pius. iocundus: et amicus. fortis. patiens. fidelis. prudens. longanimis. virilis: et seipsum nunquam querens. Ubi enim seipsum aliquis querit. ibi ab amore cadit. Est amor circumspectus. humilis: et rectus: non mollis. non leuis. nec vanis intendens rebus. sobrius. castus. stabilis. quietus: et in cunctis sensibus custoditus. Est amor subiectus et obediens prelati. sibi vilis et despectus. deo deuotus et gratificus. confidens et semper sperans in eo. etiam cum sibi non sapit deus. quia sine dolore non uiuitur in amore. Qui non est paratus omnia pati et ad voluntatem stare dilecti. non est dignus amator appellari. Oportet amantē omnia dura et amara propter dilectum libenter amplecti: nec ob contraria accidentia ab eo deflecti.

**H**ili non es adhuc fortis et  
prudens amator. Quare  
dne? Quia propter modicam  
contrarietatem deficiis a ceptis. et ni-  
mis auide consolationem queris.  
Fortis amator stat in tentationi-  
bus. nec callidis credit persuasio-  
nibus inimici. Sicut in prosperis ei  
placeo. ita nec in aduersis displiceo  
Prudens amator non tam donum  
amantis considerat quam dantis amo-  
rem. Affectum potius attendit quam  
censum. et infra dilectum omnia da-  
ta ponit. Nobilis amator non qui-  
escit in dono; sed in me super omne  
donum. Non est ideo totum per-  
ditum. si quandoque minus bene de  
me uel de sanctis meis sentis quam vel-  
les. Affectus ille bonus dulcis quem  
interdum percipis. affectus gratie  
presentis est et quidam preguiltus pa-  
trie celestis. super quo non nimium  
innitendum quia vadit et venit. Cer-  
tare autem aduersus incidentes ma-  
los animi motus; suggestionemque  
spernere diaboli. insigne est virtu-  
tis et magni meriti. Non ergo te  
conturbent alienae fantasie de qua-  
cumque materia ingeste. Forte serua  
propositum et intentionem rectam  
ad deum. Nec est illusio quam aliquando  
in excessum subito raperis et statim  
ad ineptias solitas cordis reuerte-  
ris. Illas enim inuite magis pate-  
ris quam agis. et quam diu displicent et re-  
mitteris. meritum est et non perditio.

Scito quod antiquus inimicus omnino  
nititur impedire desiderium tuum  
in bono et ab omni deuoto exerci-  
tio euacuare. a sanctorum scilicet cul-  
tu. a pia passionis mee memoria. a  
peccatorum utili recordatione. a pro-  
prij cordis custodia. et a firmo pro-  
posito proficiendi in virtute. Adul-  
tas malas cogitationes ingerit ut  
redium tibi faciat et horrorem; ut ab  
ab oratione reuocet et sacra lectio-  
ne. Displicet sibi humilis confessio  
et si posset. a communiōe cessare face-  
ret. Non credas ei neque cures illum.  
licet sepius tibi deceptionis teten-  
derit laqueos. Sibi imputa cum  
mala ingerit et imunda. dicit illi;  
Uade imunde spiritus. erubescere mi-  
ser. valde imundus es tu qui talia  
infers auribus meis. Discede a me  
seductor pessime; non habebis in  
me partem ullam. sed ihesus mecum erit  
tanquam bellator fortis; et tu stabis  
confusus. Adalo potius mori et om-  
nem penam subire quam tibi consentire.  
Tace et obmutesce. non audiam te  
amplius; licet mihi plures moliris  
molestias. Dominus illuminatio  
mea et salus mea; quem timebo? Do-  
minus protector vite mee. a quo tre-  
pidabo? Si consistant aduersum  
me castra. non timebit cor meum.  
Dominus adiutor meus; et redem-  
ptor meus. Certa tanquam miles bo-  
nus. et si interdum ex fragilitate cor-  
ruis; resume vires fortiores prio-  
ribus. confidens de ampliori gra-  
tia mea; et multum precauere a vana



complacencia et superbia. Propter hoc multi in errorem ducuntur et in cecitatem pene incurabilem quandoque labuntur. Sit tibi in cautelam et perpetuam humilitatem ruina hec superborum. de se stulte presumptum.

De occultanda gratia  
sub humilitatis custodia.  
Cap. viij.

**H**umilius est tibi et securius deuotionis gratiam abscondere nec in altum te efferre nec multum inde loqui neque multum ponderare: sed magis te ipsum despiceret: et tanquam indigno datam timere. Non est huic affectioni tenacius inherendum: que citius potest mutari in contrarium. Cogita in gratia quam miser et inops esse soles sine gratia. Nec est in eodem spiritualis vite profectus cum consolationis habueris gratiam: sed cum humiliter et abnegate patienterque tuleris eius subtractionem ita quod tunc ab orationis studio non torpeas: nec reliqua opera tua ex usu facienda omnino dilabi permittas: sed sicut melius potueris et intellexeris. libenter quod in te est facias. nec propter ariditatem seu anxietatem mentis quam sentis te totaliter negligas. Multi enim sunt: qui cum non bene eis successerit. statim impatientes fiunt aut desides. Non enim semper est in potestate hominis via eius. sed dei

est dare et consolari quando vult et quantum vult et cui vult. sicut sibi placuerit: et non amplius. Quidam incauti propter deuotionis gratiam seipsum destruxerunt. quia plus agere voluerunt quam potuerunt. non pensantes sue paruitatis mensuram: sed magis cordis affectum sequentes quam rationis iudicium. Et quia maiora presumpserunt quam deo placitum fuit. idcirco gratiam cito perdidērunt. Facti sunt inopes et viles relictii: qui in celum posuerunt nidum sibi. ut humiliati et depauperati discant non in alis suis volare sed sub pennis meis sperare. Qui adhuc noui sunt et imperiti in via domini nisi consilio discretorum se regant: facilius decipi possunt et elidi. Quasi suum sentire magis sequi quam alijs exercitatis credere volunt. erit eis periculosus exitus. si tamen retrahi a proprio conceptu non valuerint. Raro sibi ipsi sapientes ab alijs regi humiliter patiunt. Melius est modicum sapere cum humilitate et parua intelligentia: quam magni scientiarum thesauri. cum vana complacencia. Melius est tibi minus habere: quam multum unde posses superbire. Non satis discrete agit qui se totum leticis tradit. obliuiscens pristina inopie sue: et casti timoris domini: qui timet gratiam oblatam amittere. Non etiam satis virtuose sapit: qui tempore aduersitatis et cuiusque grauitatis nimis desperare se gerit et minus fidenter

de me q̄ oportet recogitat ac sentit  
Qui tempore pacis nimis securus  
esse voluerit. sepe tempore belli ni-  
mis deiectus & formidolosus repe-  
rietur. Si scires semper humilis &  
modicus in te permanere. nec non  
spiritum tuū bene moderare ac re-  
gere: non incideres tam cito in pe-  
riculum & offensam. Consilium bo-  
num est: ut feruoris spiritu conce-  
pto mediteris quid futurum sit ab-  
scedente lumine. Quod dum con-  
tigerit. recogita & denuo lucem pos-  
se reuerti: quam ad cautelam tibi.  
mibi autem ad gloriam. ad tempus  
subtrahi. Utilior est enim sepe talis  
probatio q̄ si semper prospera pro-  
tua haberes voluntate. Nam me-  
rita non sunt ex hoc estimanda si  
quis plures visiones aut cōsolatio-  
nes habeat. uel si peritus sit in scri-  
pturis aut i altiori ponatur gradu:  
sed si vera fuerit humilitate funda-  
tus & diuina charitate repletus: si  
dei honorem pure & integre semper  
querat: si seipsum nihil reputet. & i  
veritate despiciat atq; ab alijs etiā  
despici & humiliari magis gaudeat  
q̄ honorari.

De vili estimatione sui ipsius  
in oculis dei Cap. ix.

**I**l quo: ad dñm meum cū  
sim puluis & cinis. Si me  
amplius reputaui: ecce  
tu stas contra me: & dicūt testimo-  
nium verum iniquitates meę. nec  
possum contradicere. Si autem me  
vilificaui & ad nihilū redegero &  
ab omni propria reputatione dese-

cerō atq; sicut sum puluerificaui: &  
erit mihi ppitia gratia tua: & vici-  
na cordi meo lux tua: & omnis esti-  
matio quātulacūq; minima in val-  
le nobileitatis mee submergetur &  
peribit in eternū. Ibi ostendes me  
mibi quid sum. quid fui: & de quo  
veni: quia nihil. & nesciui. Si mi-  
hi ipsi relinquo: ecce nihil & tota  
infirmitas. Si autem subito me re-  
spexeris. statim fortis efficio: & no-  
uo repleo: gaudio. Et mirum valde  
q̄ sic repente subleuo: & tam beni-  
gne a te cōplecto: qui pprio pon-  
dere semper ad ima fero. Facit hoc  
amor tuus gratis p̄ueniens me &  
in tam multis subueniens necessi-  
tatibus: a grauib; quoq; custo-  
diens me periculis & ab innumeris  
ut vere dicam cripiens malis. De  
si quidem male amando me perdi-  
di & te solum querendo & pure aman-  
do me & te pariter inueni: atq; ex  
amore profundius ad nihilum me  
redegi. Quia tu o dulcissime facis  
mecum supra meritum omne: & su-  
pra id quod audeo sperare uel roga-  
re. Benedictus sis deus meus quia  
licet ego omnibus bonis sum indi-  
gnus. tua tamē nobilitas & infinita  
bonitas nūq̄ cessat benefacere etiā  
ingratis & longe a te auersis. Con-  
uerte nos ad te: ut simus grati. hu-  
miles & deuoti. quia salus nostra tu  
es. virtus & fortitudo nostra.

Omnia ad deum sicut  
ad finem vltimum sunt  
referenda Cap. x.

Illi ego debeo esse finis tu<sup>s</sup>  
 supremus & ultimus si vere  
 desideras esse beatus. Ex  
 hac intentione purificabitur affe-  
 ctus tuus sepius ad seipsum & ad  
 creaturas male incuruatus. Nam  
 si teipsum in aliquo queris. statim  
 in te deficiis & arefcis. Omnia ergo  
 ad me principaliter referas; quia  
 ego sum qui omnia dedi. Sic sin-  
 gula considera; sicut ex summo bo-  
 no manantia; & ideo ad me tanq̄  
 ad suam originem cuncta sunt re-  
 ducenda. Ex me pusillus & magnus  
 pauper & diues tanq̄ ex fonte viuo  
 aquam hauriunt viuam. & qui mihi  
 sponte & libere deseruiunt. gratiam  
 pro gratia accipient. Qui autē ex-  
 tra me voluerit gloriari uel in ali-  
 quo priuato bono delectari. nō sta-  
 biletur in vero gaudio neq; in cor-  
 de suo dilatabitur; s; multipliciter  
 impiedet & angustiabitur. Nihil  
 ergo tibi de bono ascribere debes;  
 nec alicui homini virtutem attri-  
 buas. sed totū da deo: sine quo ni-  
 bil habet homo. Ego totum dedi:  
 ego totū rehabere volo. & cum ma-  
 gna distractione gratiarū actiones  
 requiro. Hęc est veritas qua fugat  
 glorię vanitas. Et si intrauerit cę-  
 lestis gratia & vera charitas. non  
 erit aliqua inuidia nec contractio  
 cordis; neq; priuat<sup>r</sup> amor occupa-  
 pabit. Vincit enim omnia diuina  
 charitas; & dilatat omnes animę  
 vires. Si recte sapis. in me solo gau-  
 debis. in me solo sperabis: quia ne-  
 mo bonus nisi solus deus; qui est

super omnia laudandus & in omni-  
 bus benedicendus.

De sperto mundo dulce est  
 seruire deo Cap. xi.

**T**unc iterum loquor dñe &  
 non silebo; dicam in auri-  
 bus dei mei. dñi mei & re-  
 gis mei qui est in excello. **Q**uā ma-  
 gna multitudo dulcedinis tuę dñe  
 quā abscondisti timentib<sup>s</sup> te. **S**ed quid  
 es amantib<sup>s</sup>; quid toto corde tibi  
 seruiantibus? Vere ineffabilis dul-  
 cedo contemplationis tuę; quam  
 largiris amantibus te. In hoc ma-  
 xime ostendisti dulcedinem chari-  
 tatis tuę; quia cum non essem. feci-  
 sti me; & cū errarem longe a te. re-  
 duxisti me. ut seruirem tibi. & p̄ce-  
 pisti ut diligam te. **F**ons amoris  
 perpetui quid dicā de te; quomodo  
 potero tui obliuisci. qui mei digna-  
 tus es recordari? **E**tiam postq̄ con-  
 tabui & perij. fecisti ultra omnem  
 spem misericordiam cum seruo tuo  
 & ultra omne meritum gratiam &  
 amicitia exhibuisti. **Q**uid retribuā  
 tibi pro gratia ista? **N**on enim om-  
 nibus datum est ut omnibus abdi-  
 catis seculo renuncient & monasti-  
 cam vitam assumant. **Q**uid mag-  
 num est ut tibi seruiam cui omnis  
 creatura seruire tenetur? **N**on ma-  
 gnum mihi videri debet seruire ti-  
 bi; sed potius hoc mihi magnum &  
 admirandū apparet. q̄ tam paupe-  
 rem & indignum dignaris in seruū  
 recipere; & dilectis seruis tuis ad-  
 unare. **E**cce omnia tua sūt quę ha-  
 beo & vnde tibi seruiō. **V**erūamen

viceuerſa tu magis mihi ſeruis q̄  
ego tibi. Ecce cælum ⁊ terra que in  
minifterio hominis creasti preſto  
ſunt ⁊ faciunt quotidie quecunq;  
mandasti. Et hoc parum eſt. quin  
etiã angelos i minifterio hominis  
creasti ⁊ ordinasti. Trãſcēdit autē  
hec omnia q; tu ipſe ſeruire homini  
dignatus es ⁊ teipſum ei daturum  
pmiſiſti. Quid dabo tibi p oibus  
iſtis milibus bonis? Utinam poſ-  
ſem tibi ſeruire cunctis diebus vi-  
te mee. utinam uel vno die dignum  
ſeruitiũ exhibere ſufficerem. Vere  
tu es dignus omni ſeruitio. omni  
honore ⁊ laude eterna. Vere dñs  
meus es ⁊ ego pauper ſeruus tuus:  
qui totis viribus teneor tibi ſerui-  
re. nec vnq̄ in laudibus tuis debeo  
faſtidire. Sic volo ſic deſidero: ⁊  
q̄quid mihi deest tu digneris ſup-  
plere. Magnus honoz magna glo-  
ria tibi ſeruire ⁊ omnia propter te  
cõtemnere. Habebũt enim gratiã  
magnam qui ſponte ſe ſubiecerunt  
tuę ſanctiſſime ſeruituti. Inueniẽt  
ſuauiſſimam ſancti ſpiritus conſo-  
lationem. conſequentur magnam  
cordis libertatem: qui artam p no-  
mine tuo ingrediuntur viam ⁊ om-  
nem mundanam neglexerint curã.  
D grata ⁊ iocũda dei ſeruitus qua  
homo veraciter efficit liber ⁊ ſan-  
ctus. D ſacer ſtatus religioſ famu-  
latus qui hominem angelis reddat  
equalem. deo placabilem. demoni-  
bus terribilem: ⁊ cunctis fidelibus  
cõmendabilem. D amplectendum  
⁊ ſemper optandum ſeruitium quo

ſũmũ promeretur bonũ ⁊ gaudium  
acquiritur ſine fine manſurũ.

De deſideria cordis ex-  
aminanda ſunt ⁊ mo-  
deranda Cap. xij.

**A**gli oportet te adhuc mul-  
ta addiſcere que necdũ be-  
ne didiciſti. Quę ſunt hec  
dñe? Ut deſiderium tuũ ponas to-  
taliter ſm beneplacitum meum: ⁊  
tui ipſius amatoz non ſis: ſed mee  
voluntatis cupidus amatoz ⁊ emu-  
latoz. Deſideria te ſepe accendunt:  
⁊ vehementer impellunt: ſed con-  
ſidera an propter honorem meum  
an propter tuum comodum magis  
mouearis. Si ego ſum in cauſa:  
bene cõtentus eris quomodocũq;  
ordinauero. Si autem de proprio  
queſitu aliquid latet. ecce hoc eſt qd  
te impedit ⁊ grauat. Laue ergo ne  
nimũ initaris ſuper deſiderio pre-  
concepto me non conſulto. ne for-  
te poſtea peniteat ⁊ diſpliceat quod  
primo placuit: ⁊ quaſi pro meliore  
gelatiſti. Non enim omnis affectio  
que videtur bona ſtatim eſt ſequen-  
da. ſed nec omnis contraria affectio  
ad primum fugienda. Expediit in-  
terdum refrenatione vti. etiam in  
bonis ſtudijs ⁊ deſiderijs: ne per  
importunitatē mentis diſtractionē  
incurras. ne alijs per iudiciã  
tionem ſcandalum generes. uel etiã  
per reſiſtētiã aliozũ ſubito tur-  
beris ⁊ corruas. Interdũ ho oportet  
violentia vti ⁊ viriliter appeti-  
tui ſenſituo contraire. nec aduerte-  
re quid velit caro ⁊ quid non velit:

sed hoc magis satagere ut subiecta sit etiam nolens spiritui; et tam diu castigari debet et cogi seruituti subesse donec parata sit ad omnia paucisq; contentari discat; et simplicibus delectari. nec contra aliquod inconueniens murmurare.

De informatione patientie et luctamine aduersus concupiscētiās Cap. xiiij.

**D**omine dñe deus ut audio patientia ē mihi valde necessaria; multa enim i hac vita accidunt cōtraria. Nam qualitercūq; ordinauero de pace mea; non potest esse sine bello et dolore vita mea. Ita est fili. Non autem volo te talem querere pacem que tentationibus careat aut contraria non sentiat; sed tunc etiam estimare te pacem inuenisse. cum fueris varijs tribulationibus exercitatus et in multis contrarietatibus probatus. Si dixeris te nō multa posse pati; quomodo tunc sustinebis ignem purgatorij? De duobus malis semper minus malum est eligendū. Ut ergo eterna futura supplicia possis euadere. mala presentia studeas pro deo equanimiter tolerare. An putas q; homines seculi huius nihil aut parum patiantur? Nec h inuenies etiā si delicatissimos quesieris. Sed habēt inquis multas delectatiōes et proprias sequūt voluntates. ideoq; parū ponderant suas tribulationes. Esto q; ita sit ut habeāt quicq; voluerint;

sz q; diu putas durabit? Ecce quē admodū fum' deficient abundantes i seculo. et nulla erit recordatio p̄teritorum gaudiorum. Sed cum adhuc viuunt. non sine amaritudine et tēdio ac timore in eis quiescūt. Ex eadem namq; re vnde delectationem concipiunt. sibi inde doloris penam frequenter recipiūt. Iuste illis fit. et quia inordinate delectationes querunt et sequuntur; non sine amaritudine et confusione eas expleant. Q; breues. q; falsę q; inordinate et turpes omnes sūt. Verūtamen p̄ ebrietate et cecitate non intelligunt; sed velut muta animalia propter modicum corruptibilis vitę delectamentū mortem anime incurrunt. Tu ergo fili post concupiscētiās tuas non eas et a voluntate tua auertere. Delectare in domino et dabit tibi petitiones cordis tui. Etenim si veraciter vis delectari et abundantius a me cōsolari. ecce in contēptu omnium mundanorum et in abscisione omnium infimarum delectationum erit benedictio tua; et copiosa reddetur tibi consolatio. Et quanto plus te ab omni creaturarum solatio subtraxeris; tanto in me suauiores et potentiores consolationes inuenies. Sed primo nō sine quadam tristitia et labore certaminis ad has pertinges. Obsistet inolita consuetudo; sed meliori consuetudine deuincetur. Remurmurabit caro; sz feruore spiritus refrēnabit.

Instigabit te et exacerbat serpens antiquus. sed oratione fugabitur. insuper et labore utili aditus ei magnus obstruetur.

De obedientia humilis subditi ad exemplum ihesu christi Cap. xiiii.

**A**gli qui se subtrahere nituntur ab obedientia. ipse se subtrahit a gratia. Et qui querit habere priuata. amittit communia. Qui non libenter et sponte suo superiori se subdit. signum est quod caro sua necdum perfecte sibi obedit. sed sepe recalcitrat et murmurat. Disce ergo celeriter superiori tuo te submittere. si carnem propriam optas subiugare. Citius namque exterius vincitur inimicus. si interior homo non fuerit deuastatus. Non est molestior et peior animus hostis quam tu ipse tibi non bene concordans spiritui. Oportet enim verum te assumere tuipsum contemptum si vis prevalere aduersus carnem et sanguinem. quia adhuc nimis inordinata te diligis. ideo plene te resignare aliorum voluntati trepidas. Sed quid magnum tu qui puluis es et nihil. si propter deum te subdis homini. quando ego omnipotens et altissimus qui cuncta creavi ex nihilo me homini propter te subieci humiliter. Factus sum omnium humilissimus et infimus ut tuam superbiam mea humilitate vinces. Disce obtemperare pulvis. disce te humiliare terra et limi et sub omnium pedibus incuruare. disce voluntates tuas frangere et ad omnium subiectionem te dare. Exardesce contra te. nec patiaris tumorem in te viuere

sed ita subiectum et paruulum te exhibe ut omnes super te ambulare possint. et sicut lutum platearum conculcare. Quid habes homo inanis concuerris? Quid sordide peccator potes contradicere exprobrantibus tibi? qui totiens deum offendisti. et totiens infernum meruisti? Sed pepercit tibi oculus meus quia preciosa fuit anima tua in conspectu meo. ut cognosceres dilectionem meam et gratis semper beneficiis meis existeres? et ad veram subiectionem et humilitatem te iugiter dares? patienterque proprium contemptum ferres.

De occultis dei iudiciis considerandis ne extollamur in bonis Cap. xv.

**I**ntonas super me iudicia tua domine. et timore ac tremore concutis omnia ossa mea. et expauescit anima mea valde. Sto attonitus et considero quia celi non sunt mundi in conspectu tuo. Si in angelis repperisti puritatem nec tamen pepercisti. quid fiet de me? Ceciderunt stelle de celo. et ego pulvis quid presumo? Quorum opera videbantur laudabilia ceciderunt ad infima? et qui comedebant panem angelorum. vidi siliquis delectari porcorum. Nulla est ergo sanctitas. si manum tuam domine retrabas. Nulla sapientia prodest si gubernare desistas. Nulla iuuat fortitudo. si preseruare desinas. Nulla secura castitas. si eam non protegas. Nulla propria prodest custodia. si non adsit tua sacra vigilantia

Nam relictis mergimur et perimus. visitati vero viuimus et erigimur. Instabiles quippe sumus, sed per te confirmamur: tepescimus, sed a te accendimur. **O** quod humiliter et abiecte mihi de meipso sentiendum est, quod nihil impedendum si quid boni video: habere. **O** quod profunde me submittere debeo sub abyssalibus iudicijs tuis domine, ubi nihil aliud me esse inuenio quam nihil et nihil. **O** pondus imensum o pelagus intransitabile: ubi nihil de me reperio quam in toto nihil. Ubi est ergo latebra glorie: ubi confidentia de gloria concepta? Absorta omnis gloria vana in profunditate iudiciorum tuorum super me. Quid est omnis caro in conspectu tuo? Numquid gloriabitur lutum contra formantem se? Quomodo potest erigi vaniloquio, cuius cor in veritate subiectum est deo? Non enim totus mundus erigeret quem sibi subiecit veritas: nec cuius laudantium ore mouebitur, qui totam spem suam in deo firmavit. Nam et ipsi qui loquuntur ecce omnes nihil: et deficient cum sonitu verborum. Veritas autem domini manet in eternum.

Qualiter standum sit ac dicendum in omni re desiderabili **Cap. xvj.**

**A**gli sic dicas in omni re. Domine si tibi placitum fuerit fiat hoc ita. Domine si sit honor tuus fiat in nomine tuo hoc. Domine si mihi videris expedire et utile esse probaueris, tunc da mihi hoc vti ad honorem tuum: sed si mihi nocivum fore cognoueris nec anime mee salutari

prodesse, aufer a me tale desiderium. Non enim omne desiderium a spiritu sancto est, etiam si homini videatur rectum aut bonum. Difficile est pro vero iudicare an spiritus bonus aut alienus te impellat ad desiderandum hoc vel illud, an etiam ex proprio mouearis spiritu. Multi in fine sunt decepti qui primo bono spiritu videbantur inducti. Ergitur semper cum timore dei et cordis humilitate desiderandum est et petendum quicquid desiderabile menti occurrit: maximeque cum propria resignatione mihi totum committendum est atque dicendum Domine tu scis qualiter melius est, fac hoc vel illud sicut volueris. Da quod vis et quantum vis et quando vis. Fac mecum sicut scis et sicut tibi magis placuerit et maior honor tuus fuerit. Donec me ubi vis et libere age mecum in omnibus. In manu tua ego sum, gyra et reuera me per circuitum. Ego seruus tuus paratus ad omnia, quam non desidero mihi viuere sed tibi vtinam digne et perfecte.

Oratio pro beneplacito dei perficiendo **Cap. xvij.**

**Q**uoniam concede mihi benignissime me ihesu gratiam tuam, ut mecum sit et mecum laboret mecumque usque in finem perseueret. Da mihi semper desiderare et velle quod tibi magis acceptum et carius placet. Tua voluntas mea sit: et mea voluntas tuam sequatur, semper et optime ei concordet. Sit mihi vnum velle et nolle tecum nec aliud posse velle aut nolle nisi quod vis et nolis. Da mihi oibus

inoxi que in mūdo sūt; ⁊ propter te  
amare contēni ⁊ nesciri in hoc se-  
culo. Da mihi super omnia deside-  
rata in te quiescere; ⁊ cor meū in te  
pacificare. Tu vera pax cordis. tu  
sola requies. extra te omnia sūt du-  
ra ⁊ inquieta. In hac pace in idipsū  
hoc est. in te vno sūmo ⁊ eterno bo-  
no dormiam ⁊ requiescam. Amen.

De verum solatiū in solo deo  
est querendum Cap. xviii.

**Q**uicquid desiderare uel co-  
gitare possum ad solatium  
meum. non hic expecto sed  
in posterum. De si omnia solatia  
mundi solus haberem ⁊ omnib' de-  
litijis frui possem. certum est q' diu  
durare nō possent. Unde non pote-  
ris anima mea plene consolari nec  
perfecte recreari. nisi in deo cōsola-  
toze pauperū ⁊ susceptoze humiliū.  
Expecta modicū anima mea. expe-  
cta diuinū. pmissū. ⁊ habebis abun-  
dantiam oīuz bonorum in celo. Si  
nimis inordinate ista appetis p'ce-  
sentia. perdes etna ⁊ celestia. Sint  
temporalia in vsu. etna in deside-  
rio. Nō potes aliquo bono tempo-  
rali satiari. q' ad hęc fruenda nō es  
creata. Etia si omnia bona creata  
haberēs. nō possēs esse felix ⁊ beata  
sed in deo qui cūcta creauit. tua be-  
atitudo tua ⁊ felicitas consistit. nō  
qualis videtur ⁊ laudatur a stultis  
mundi amatoribus; sed qualem ex-  
pectāt boni xpi fideles ⁊ p'gustāt  
interdum spirituales ac mundi cor-  
de; quozū conuersatio est in celis.  
Vanum est ⁊ breue omne humanū

solatiū. Beatum ⁊ verum solatiū  
quod intus a veritate percipitur.  
Deuotus homo vbiq' secū fert con-  
solatozem suū ih̄m. ⁊ dicit ad eum;  
Adesto mihi dñe ih̄u in omni loco  
⁊ tempore. Hęc mihi sit consolatio  
libenter velle carere omni humano  
solatio. Et si tua defuerit consola-  
tio. sit mihi tua voluntas ⁊ iusta  
probatio pro summo solatio. Non  
enim in perpetuū irasceris neq' in  
eternum cōminaberis.

De omnis sollicitudo in deo  
ponenda est Cap. xix.

**F**ili sine me tecum agere qd  
volo: ego scio qd expediat  
tibi. Tu cogitas ut homo.  
in multis sentis sicut tibi human'  
suadet affectus. Dñe verū est qd di-  
cis. Adaior ē sollicitudo tua p me  
q' omnis cura quā ego possū gerere  
pro me. Nimis enim casualiter stat  
qui non projicit omnē sollicitudinē  
suam in te. Dñe dūmodo voluntas  
mea recta ⁊ firma ad te permaneat  
fac de me quicquid tibi placuerit.  
Non enim potest esse nisi bonum  
quicquid de me feceris. Si me vis  
esse in tenebris. sis benedictus; ⁊ si  
me vis esse in luce. sis iterū bñdict'.  
Si me dignaris consolari sis bene-  
dict'; ⁊ si me vis tribulari. etque sis  
semper benedictus. Fili sic oportet  
te stare si mecū desideras ambulare  
Ita promptus debes esse ad patien-  
dū sicut ad gaudendū. Ita libenter  
debes esse inops ⁊ pauper sicut ple-  
nus ⁊ diues. Dñe libenter patiar p  
te quicquid volueris venire sup me.



Indifferēter volo de manu tua bonum et malū. dulce et amarū. letū et triste suscipere. et p omnibus mihi contingētib' gratias agere. Custodi me ab omni peccato. et nō timebo mortē nec infernū. dūmodo in eternū me non proicias. nec deleas me de libro vite. non mihi nocebit quicquid venerit tribulationis super me.

De temporales miserie xpi exemplo equanimiter sustinere  
Cap. xx.

**H**ic ego descendi de celo p tua salute. suscepi tuas misérias nō necessitate s; charitate trabente. ut patientiā disceres et temporales misérias nō indignanter ferres. Nā ab hora ortus mei vsq; ad exitū in cruce nō defuit mihi tolerantia doloris. defectū rerū temporalium magnū habui. multas querimonias de me frequenter audiui. cōfusiōes et opprobria benigne sustinui. p beneficijs ingratitudinē recepi. p miraculis blasphemias. pro doctrina reprehensiōes. Domine quia fuisti patiens in vita tua in hoc maxime implendo pceptum patris tui: dignū est ut ego misell' peccator huius voluntatē tuā patientē me sustineā. et donec ipse volueris. onus corruptibilis vite p salute mea portē. Nam et si onerosa sentitur p̄sens vita. facta ē tū iam per gratiā tuā valde meritoria atq; exemplo tuo et sanctorū tuorū vestigijs infirmis tolerabilior et clarior: sed et multo magis consolatoria. q̄

olim in lege veteri fuerat cum porta celi clausa p̄sisteret. et obscurior etiā via videbatur quādo tam pauci regnū celoz querere curabāt: s; neq; qui tunc iusti erant et saluādi ante passionē tuā et sacre mortis debitū celeste regnū poterant introire. Quas tibi gratias teneo: referre q̄ rectam et bonā viam dignatus es mihi et cunctis fidelibus ad eternū regnū tuū ostendere. Nā vita tua via nostra. et per sanctam patientiam ambulam' ad te qui es corona nostra. Nisi tu nos p̄cessisses et docuisses. quis sequi curaret? Hec quanti longe retroq; manerent. nisi tua p̄clara exempla inspicerent. Ecce adhuc tepescim' auditis tot signis tuis et doctrinis: quid fieret si tantum lumen ad sequendum te non haberemus?

De tolerantia iniuriarum et quis verus patiens probetur  
Cap. xxi.

**Q**uid est quod loqueris fili? Cessa conqueri. Cōsidera meam et aliorum sanctorū passionem. Nondum vsq; ad sanguinē restitisti. Parum est quod tu pateris in comparatione eorum qui tam multa passi sunt. tam fortiter tentati. tam grauitē tribulati. tam multipliciter probati et exercitati. Oportet te igitur aliorum grauiora ad mentē reducere. ut leuius feras tua minima. Et si tibi minima non vident. vide ne et hoc tua faciat impatiētia. Viue tū parua siue magna sint. stude cūcta patienter ferre.

Quanto melius te ad patiendū di-  
sponis tāto sapientius agis: et am-  
plius promereris et ferēs leuius aīo  
et vsu ad hoc non segniter paratis.  
Nec dicas non valeo hoc ab hoīe  
tali pati nec huiusmodi mihi pa-  
tienda sūt. graue enim intulit dam-  
nū et iproperat mihi quē nūq̄ cogi-  
tauerā. sed ab alio libenter patiar et  
sicut patiēda videro. Insipiens est  
talis cogitatio quē virtutem pati-  
entē non cōsiderat nec a quo coro-  
nanda erit. sed magis psonas et of-  
fensas sibi illatas perpendit. Non  
est verus patiens qui non vult pati  
nisi q̄tum sibi visum fuerit et a quo  
sibi placuerit. Verus autē patiens  
non attendit a quo homine. vtrū a  
p̄clato suo an ab aliquo equali aut  
inferiori. vtrū a bono et sancto viro  
vel a peruerso et indigno exerceatur  
sed indifferenter ab omni creatura  
q̄tūcūq̄ et quotienscūq̄ ei aliquid  
aduersi acciderit. totū hoc gratanē  
de manu dei accipit et ingens lucrū  
reputat quia nihil apud deum q̄tū-  
libet paruū pro deo tñ passum po-  
terit sine merito transire. Esto igiē  
expeditus ad pugnā. si vis habere  
victoriā. Sine certamine nō pote-  
ris venire ad patientiē coronā. Si  
pati nō vis recusas coronari. si autē  
coronari desideras. certa viriliter.  
sustine patienter. Sine labore non  
tenditur ad requiē: nec sine pugna  
peruenit ad victoriā. Fac mihi dñe  
possibile p gratiā quod mihi ipossi-  
bile videt per naturam. Tu scis q̄  
modicū possū pati et q̄ cito deicio:

leui exurgente aduersitate. Efficiat  
mihi quolibet exercitatio tribulati-  
onis pro noīe tuo amabilis et opta-  
bilis: nam pati et vexari. p te valde  
salubre est animę meę.

De confessione pprię infirmita-  
tis et hui⁹ vitę miseris Cap. xxij.

**Q**onfiteor: aduersum me iu-  
sticiam meā. cōfitebor tibi  
dñe infirmitatē meā. Sepe  
parua res est quē me deicit et con-  
tristat. Propono me fortiter acturū  
sed cū modica tentatio venerit ma-  
gna mihi fit angustia. Valde vilis  
quāq̄ res est vnde grauis tentatio  
prouenit: et dū puto me aliquātulū  
tutū cū nō sentio. inuenio me non-  
nūq̄ pene deuictū ex leui flatu. Vi-  
de ergo dñe humilitatē meā et fra-  
gilitatē tibi vndiq̄ notā. Misere-  
re mei et eripe me de luto ut non in-  
figar: non permanēa deuictus vsq̄  
quaq̄. Hoc ē quod me frequenter  
reuerberat et coram te confundit q̄  
tam labilis sum et infirmus ad resi-  
stendū passionib⁹. Et si nō omnino  
ad consensionē trahit. tñ mihi etiā  
molesta et grauis est eorum insecta-  
tio. et redet valde sic quotidie viue-  
re in lite. Ex hinc nota fit mihi in-  
firmitas mea. quia multo facili⁹ ir-  
ruūt abhominandę semper fausticę  
q̄ discedunt. Utinā fortissime deus  
israel celator: animarū fidelium respi-  
cias serui tui laborem et dolorē. assi-  
stasq̄ illi in omnibus ad quęcunq̄  
perrexit. Robora me celesti forti-  
tudine. neq̄ ver⁹ homo misera caro  
spiritui necdū plene subiecta valeat

dominari. aduersus quam certare oportebit quod diu spiratur in hac vita miserima. Heu qualis est hec vita ubi non desunt tribulationes et miserie. ubi plena laqueis et hostibus sunt omnia. Nam vna tribulatio seu tentatio recedente alia accedit: sed adhuc priore durante conflictu alij plures superueniunt et insperate. Et quod potest amari vita habens tantas amaritudines et tot subiecta calamitatibus et miserijs. Quomodo etiam dicitur vita tot generans mortes et pestes: et tamen amat et delectari in ea a multis queritur. Reprehenditur frequenter mundus quod fallax sit et vanus. nec tamen facile relinquitur cum concupiscentie carnis dominantur. Sed alia trahunt ad amandum. alia ad contemendum. Trahunt ad amorem mundi desiderium carnis. desiderium oculorum: et superbia vite. sed penes ac miserie sequentes ea odium mundi pariunt et tedium. Sed vincit pro dolor delectatio prava mentem mundo deditam. et esse sub sensibus delicias reputat: quia dei suauitatem et internam virtutis amenitatem nec vidit nec gustauit. Qui autem mundum perfecte continent et deo viuere sub sancta disciplina student. isti diuinam dulcedinem veris abrenunciatoribus promissam non ignorant. et quod grauer mundus errat et varie fallitur vident.

Quod in deo super omnia bona et dona requiescendum est. Cap. xxiii.

**S**uper omnia et in omnibus requiesce anima mea in domino semper quia ipse est sanctorum eterna requies. Da mihi dulcissime et amantissime ihesu in te super omnem creaturam requiescere. super omnem salutem et pulchritudinem. super omnem gloriam et honorem. super omnem potentiam et dignitatem. super omnem scientiam et subtilitatem. super omnes diuitias et artes. super omnem letitiam et exultationem. super omnem famam et laudem. super omnem suauitatem et consolationem. super omnem spem et promissionem. super omne meritum et desiderium. super omnia dona et munera que potes dare et infundere. super omne gaudium et iubilationem quam potest mens capere et sentire. Denique super omnes angelos et archangelos: et super omnem exercitum celi. super omnia visibilia et invisibilia: et super omne quod tu deus meus non es. quia tu deus meus super omnia optimus es. tu solus altissimus. tu solus potentissimus. tu solus sufficientissimus et plenissimus. tu solus suauissimus et solatiofissimus. tu solus pulcherrimus et amantissimus. tu solus nobilissimus et gloriosissimus super omnia: in quo cuncta bona simul perfecte sunt fuerunt et erunt. atque ideo minus est et insufficientes quicquid preter te ipsum mihi donas. ut de te ipso reuelas. uel promittis te non viso nec plene adeptus. Quomodo quidem non potest cor meum veraciter requiescere nec totaliter contentari nisi in te requiescat. et omnia dona omnemque creaturam



trāscēdat. **D** mi dilectissime spon-  
se ihu xpe amatoz purissime dñatoz  
vniuersę creature q̄s mihi det pen-  
nas vere libertatis ad volandum ⁊  
pausandū in te. **D** qñ ad plenū da-  
bit vacare mihi ⁊ videre q̄ suavis  
es dñe de' meus. Quando ad plenū  
recolligā me in te. ut pre amore tuo  
non sentiam me. sed te solum super  
omnē sensum ⁊ modū in modo non  
omnibus noto. Nūc autē frequē  
gemo ⁊ infelicitatē meā cum dolore  
porto. quia multa mala in hac valle  
miseriarū occurrunt que me sepius  
conturbant contristant ⁊ obnubi-  
lant. sepius impediūt ⁊ distrabunt  
alliciunt ⁊ implicant ne liberū ha-  
beam accessum ad te. ⁊ ne iocundis  
fruar amplexibus p̄esto semper be-  
atis spiritib'. **A**dueat te suspiriū  
meū: ⁊ desolatio multiplex in terra.  
**D** ihu splēdoz eterne glorię solamē  
peregrinantis anime. apud te est os  
meū sine voce. ⁊ silentiū meū loquit̄  
tibi. Usq̄quo tardat venire dñs  
me'. Veniat ad me pauperculū suū  
⁊ letum faciat. Mittat manū suā  
⁊ me miserum eripiat de omni an-  
gustia. Veni veni quia sine te nulla  
erit quieta dies aut hora. qz tu leti-  
cia mea: ⁊ sine te vacua est mensa  
mea. Miser sum ⁊ quodāmodo in-  
carceratus ⁊ cōpedibus grauatus  
donec luce p̄sentie tuę me reficias  
ac libertati dones: vultūqz amica-  
bilē demonstras. Quęrant aliī pro  
te aliud quodeūqz libuerit: ⁊ mihi  
aliud interim nil placet nec place-  
bit nisi tu deus me'. spes mea. salus

eterna. Non reticebo nec deprecari  
cessabo donec gratia tua reuertat̄:  
mibiqz tu int' loquaris: **E**cce ad-  
sum. **E**cce ego ad te quia inuocasti  
me. lachrymę tuę ⁊ desideriū anime  
tuę humiliatio tua ⁊ contritio cor-  
dis inclinauerunt me ⁊ adduxerūt  
ad te. **E**t dixi dñe inuocaui te ⁊ de-  
sideraui frui te. paratus omnia re-  
spuere propter te. Tu enim prior  
excitasti me ut quęrerē te. **S**is ergo  
benedict' dñe: qui fecisti hanc bo-  
nitatem cum seruo tuo fm multitu-  
dinem misericordię tuę. **Q**uid ha-  
bet ultra dicere dñe seruus tuus co-  
ram te nisi ut humiliet se valde an-  
te te memor: semper proprie iniqui-  
tatis ⁊ vilitatis. Non enim est si-  
milis tui in cūctis mirabilibus celi  
⁊ terre. Sūt opera tua bona valde  
domine. iudicia vera: ⁊ puidencia  
tua reguntur vniuersa. **L**aus ergo  
tibi ⁊ gloria o patris sapientia. te  
laudet ⁊ benedicat os meū. anima  
mea: ⁊ cuncta creata simul.

De recordatione bene-  
ficiorum dei multipli-  
cium **Cap. xxiiij.**

**A**peri dñe cor meum in lege  
tua: ⁊ i p̄ceptis tuis doce  
me ambulare. Da mihi in-  
telligere voluntatem tuā: ⁊ cū ma-  
gna reuerentia ac diligenti cōside-  
ratione beneficia tua tam in gene-  
rali q̄ i speciali memorari. ut digne  
tibi ex hinc valeam gratias referre.  
**V**erum scio ⁊ confiteor: nec pro mi-  
nimo puncto me posse debitas gra-  
tiarum laudes persolvere. **A**dinoz

ego sum omnibus bonis mihi pre-  
stitis: et cum tuam nobilitatem at-  
tendo. deficit pre magnitudine illi  
spiritus me. Omnia que in anima  
habemus et in corpore et quecumque  
exterius uel interi naturaliter uel  
supnaturaliter possidemus. tua sunt  
beneficia. et te beneficium pius ac bo-  
num commendat: a quo bona cuncta  
accepimus. Et si alius plura. alius  
pauciora accepit. omnia tamen tua  
sunt: et sine te nec minimum haberi  
potest. Ille qui maiora accepit non  
potest merito suo gloriari nec super  
alios extolli nec minori insultare:  
quod ille maior et melior quam sibi minus  
ascribit et in regratiando humilior  
est atque deuotior. Et qui omnibus  
uiliorem se existimat et indigniorem  
se iudicat. aptior est ad percipiendum  
maiora. Qui autem pauciora acce-  
pit. contristari non debet nec indi-  
gnanter ferre neque ditiori inuidere  
sed te potius attendere et tuam bo-  
nitatem maxime laudare quam tam af-  
fluenter tam gratis tam libenter si-  
ne personarum acceptione tua mu-  
nera largiris. Omnia ex te. et ideo  
in omnibus es laudandus. Tu scis  
quid unicuique donari expediat: et  
cur iste minus et ille amplius habeat  
non nostrum sed tuum est hoc dis-  
cernere: apud quem singulorum dif-  
finita sunt merita. Unde domine deus  
pro magno etiam reputo beneficio  
non multa habere: unde exterius et  
semper homines laus et gloria appare-  
at. Ita ut quis considerata pauper-  
tate et uilitate personae suae non modo

grauitatem aut tristitiam uel deie-  
ctionem inde concipiat: sed potius  
consolationem et hilaritatem ma-  
gnam. quia tu deus pauperes et hu-  
miles atque huic mundo despectos  
tibi elegisti in familiares et dome-  
sticos. Testes sunt ipsi apostoli tui  
quos principes super omnem terram  
constituisti: fuerunt tamen sine que-  
rela conuersati in mundo tam hu-  
miles et simplices sine omni malicia  
et dolo. ut etiam pati contumelias  
gauderent pro nomine tuo: et que  
mundus abhorret ipsi amplecterentur  
affectu magno. Nihil ergo amato-  
rem tuum et cognitorem beneficiorum  
tuorum ita letificare debet sicut vo-  
luntas tua in eo et beneplacitum  
eterne dispositionis tue. de qua tantum  
contentari debet et consolari. ut ita  
libenter velit esse minimus sicut ali-  
quis optaret esse maximus: et ita  
pacificus et contentus in nouissi-  
mo sicut in loco primo: atque ita li-  
benter despicabilis et abiectus nul-  
li quoque nominis et fame. sicut ce-  
teris honorabilior et maior in mun-  
do. Nam voluntas tua et amor ho-  
noris tui omnia excedere debet et  
plus eum consolari magisque place-  
re quam omnia beneficia sibi data uel  
danda.

De quattuor magnam impo-  
tantibus pacem Cap. xxv.

**H**ili nunc docebo te viam  
pacis et vere libertatis. Fac  
domine quod dicis. quod tibi  
gratum est audire. Stude fili alteri

potius facere volūtatē q̄ tuā. Eli-  
ge semper minus q̄ plus habere.  
Quere semp̄ inferiorem locū et om-  
nibus subesse. Opta semp̄ et ora. ut  
volūtas dei integre in te fiat: Ecce  
talis homo ingrediū fines pacis et  
quietis. Dñe sermo tuus iste breuis  
multū in se continet p̄fectionis. par-  
uus ē dictu. sed plenus sensu et vber  
in fructu. Nam si posset a me fide-  
liter custodiri. non deberet tam fa-  
cilis in me turbatio oriri: nam quo-  
tiens me ipacatū sentio et grauātū.  
ab hac doctrina me recessisse inue-  
nio. Sed tu q̄ omnia potes et ani-  
mę p̄fectum semp̄ diligis. adauge  
maiorē gratiā ut possim tuū cōplere  
sermonē. et meā perficere salutem.

Oratio contra cogitationes  
malas Cap. xxvi.

**D**omine de⁹ meus ne elon-  
geris a me: deus meus in  
auxilium meū respice. quo-  
niam insurrexerūt in me cogitati-  
ones vanę: et timores magni affli-  
gētes animā meā. Quomodo per-  
transibo illesus. quomodo p̄fringā  
eā? Ego iquit ante te ibo et glorio-  
sus terre humiliabo. aperiam ianuā  
carceris. et archana secretorū reue-  
labo tibi. Fac dñe ut loqueris. et fu-  
giāt a facie tua omnes iniquę cogi-  
tationes. Hęc spes et vnica cōsola-  
tio mea ad te in omni tribulatione  
cōfugere. tibi confidere. ex intimo  
inuocare et patienter consolationē  
tuam expectare.

Oratio pro illuminatione men-  
tis deuotissima Cap. xxvii.

**Q**uarifica me bone ihu clari-  
tate eterni luminis. et educ  
de habitaculo cordis mei  
tenebras vniuersas. Lobibe eua-  
gationes multas. et elide vim faci-  
entes tentatiōes. Pugna fortiter p̄  
me et expugna malas bestias. cōcu-  
piscētiās dico illecebras: ut fiat  
pax in virtute tua et abūdātia laudis  
tuę resonet in aula sancta: h̄ est in cō-  
sciētia pura. Impera ventis et tēpe-  
statibus. dic mari quiesce. dic aequi-  
lioni ne flaueris. et erit trāquillitas  
magna. Emitte lucē tuā et veritatē  
tuā. ut luceat sup̄ terrā: q̄ terra sum-  
ianis et vacua donec illumines me.  
Effunde gratiā tuā desup̄. p̄funde  
cor meū gratia celesti. ministra de-  
uotionis aquas ad irrigandā faciē  
terre. ad producendū fructū bonū et  
optimū. Eleua mentē prestam mole  
peccatorū. et ad celestia totū deside-  
rū meū suspēde. ut gustata suauita-  
te supernę felicitatis pigeat de ter-  
renis cogitare. Rape me et eripe ab  
omni creaturarū indurabili cōsola-  
tione: q̄ nulla res creata appetitū  
meū plenarie valet quietare et cōso-  
lari. Junge me tibi inseparabili di-  
lectionis vinculo: quoniā tu solus  
amanti sufficis: et absq̄ te friuola  
sunt vniuersa.

De euitatione curiosę inquisitio-  
nis sup̄ alterius vita Cap. xxviii.

**N**oli esse curiosus. nec  
vacuas gerere sollicitudi-  
nes. Quid hoc vel illud ad  
te? tu me sequere. Quid enim ad te  
vtrum ille sit talis vel talis. aut iste

fic agit uel loquitur? Tu non indiges respondere pro alijs; sed pro teipso ratione reddes. Quid ergo te implicas? Ecce ego omnes cognosco; et cuncta que sub sole sunt video; et scio qualiter cum unoquoque sit, quid cogitet, quid velit; et ad quem finem tendat eius intentio. Mihi igitur committenda sunt omnia; tu vero serua te in bona pace et dimitte agitare quantum uoluerit. Veniet super eum quicquid fecerit uel dixerit; quod me fallere non potest. Non sit tibi curę de magni nominis umbra et non de multorum familiaritate nec de priuata hominum dilectione. Ista enim generant distractiones et magnas in corde obscuritates. Libenter loquerer tibi uerbum meum et abscondita reuelare, si aduentum meum diligenter obseruares et ostium cordis mihi aperires. Esto prouidus et uigila in orationibus, et humilia te in omnibus.

In quibus firma pax cordis et uerus profectus consistit. Cap. xxix.

**A**gli ego locutus sum; pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis; non quomodo mundus dat ego do uobis. Pacem omnes desiderant; sed que ad ueram pacem pertinet non omnes curant. Pax mea cum humilibus et mansuetis corde; Pax tua erit in multa patientia. Si me audieris et uocem meam secutus fueris, poteris multa pace frui. Quid igitur faciam? In omni re attende tibi quid facias et quod dicas, et omnem intentionem tuam ad hoc dirige ut mihi soli pla-

ceas; et extra me nihil cupias uel queas; sed et de aliorum dictis uel factis nil temere iudices; nec cum rebus tibi non commissis te implices et poterit fieri ut parum uel raro turbaberis. Nunc autem sentire aliquam turbationem nec pati aliquam cordis uel corporis molestiam, non est presentis temporis sed status eterne quietis. Non ergo estimes te ueram pacem inuenisse, si nullam senseris grauitatem; nec tunc totum esse bonum, si neminem pateris aduersarium; nec hoc esse perfectum si cuncta sunt secundum tuum affectum; neque tunc aliquid magni te reputes aut specialiter dilectum existimes si in magna fueris deuotione atque dulcedine, quia in istis non cognoscitur uerus amator uirtutis, nec in istis consistit profectus et perfectio hominis. In quo ergo donec? In offerendo te ex toto corde tuo uoluntati diuine, non querendo que tua sunt nec in paruo nec in magno nec in tempore nec in eternitate ita ut in una equali facie in gratiarum actione permanear inter prospera et contraria, omnia equali lance pensando. Si fueris tam fortis et longanimis in spe ut subtracta interiori consolatione etiam ad ampliora sustinenda cor tuum preparaueris nec te iustificaueris et sanctum laudaueris tunc in uera et recta uia pacis ambulabis; et spes indubitata erit quod rursus in iubilo faciem meam sis uisurus. Quod si ad plenum tui ipsius contemptum perueneris, scito quod tunc abundantia pacis perfrueris secundum possibilitatem

tni incolatus.

De eminentia liberę mentis  
et q̄ supplex oratio magis me-  
ret q̄ lectio. Cap. xxx.

**D**omine hoc opus est per-  
fecti viri nūq̄ ab intentiōe  
celestiū animū relaxare: et  
inter multas curas quasi sine cura  
transire. nō more torpētis; sed pre-  
rogatiua quadā liberę mentis. nulli  
creature inordinata affectione ad-  
herendo. Obsecro te piiss. me deus  
meus preserua me a curis hui' vite  
ne nimis implicer. a multis necessita-  
tib' corporis ne voluptate capiar.  
ab vniuersis anime obstaculis ne  
molestijs fractus deiciar: non dico  
ab his rebus quas toto affectu am-  
bit vanitas mūdāna. s; ab his mi-  
serijs que animā serui tui cōmuni  
maledicto mortalitatē penalit' gra-  
uant et retardāt ne in libertatē spi-  
ritus quotiens libuerit valeat in-  
troire. O deus me' dulcedo ineffa-  
bilis verte mihi in amaritudinem  
omnē consolationem carnalem. ab  
eternorum amore me abstrahentē et  
ad se intuitu cuiusdā boni delecta-  
bilis presentis male allicientē. Nō  
me vincat deus me' non vincat ca-  
ro et sanguis. non me decipiat mun-  
dus et breuis gloriā ei'. non me sup-  
plantet diabolus et astutiā illi'. Da  
mihi fortitudinē resistendi. pacien-  
tiam tolerandi. constantiā perseue-  
randi. Da pro omnibus mūdi con-  
solatiōibus suauissimā spiritus tui  
unctionem. et pro carnali amore tui  
nois infunde amorem. Ecce cibus

potus. vestis ac cetera utensilia ad  
corporis sustentaculum pertinentia  
feruenti spiritui sunt onerosa. Tri-  
bue talib' fomentis temperate vti.  
non desiderio nimio implicari. Ab-  
ijcere omnia non licet. quia natura  
sustentanda est; requirere autē su-  
perflua et que magis delectant. lex  
sancta prohibet; nam alias caro ad-  
uersus spiritum insolesceret. Inter  
hec queso man' tua me regat et do-  
ceat ne quid nimium fiat.

De priuatus amor a summo bono  
maxime retardat Cap. xxxi.

**N**on oportet te dare totum  
pro toto et nihil tui plus  
esse. Scito q̄ amor tui ipsi-  
us magis nocet tibi q̄ aliqua res  
mundi. Scdm amorem et affectū que  
geris. quelibet res plus uel minus  
adheret. Si fuerit amor tuus pur'  
simplex et bene ordinatus. eris sine  
captiuitate rerū. Noli concupiscere  
quod nō licet habere. Noli habere  
quod te potest impedire et libertate  
interiori priuare. Admō q̄ non ex  
toto fundo cordis teipsū mihi cō-  
mittis cū omnibus que desiderare  
potes uel habere. Quare vano me-  
rore cōsumeris? Cur superfluis cu-  
ris fatigaris? Stra ad beneplacitū  
meū; et nullū patieris detrimentū.  
Si queris hoc uel illud et volueris  
esse ibi uel ibi propter tuū comodū  
et ppriū beneplacitū magis haben-  
dum. nūq̄ eris in quietudine nec li-  
ber a sollicitudine. q; i omni re re-  
periet aliquis defectus; et in omni  
loco erit qui aduerset. Inuat igitur



non quilibet res adepta uel multiplicata exterius. sed potius contempta et decisa ex corde radicatus. Quod non tantum de censu eris et diuitiarum intelligas; sed de honoris etiam ambitu ac vane laudationis desiderio: que omnia transeunt cum mundo. Aduenit parum locus. si deest spiritus feruoris. Nec diu stabit pax illa que sita forinsecus. si vacat a vero fundamento status cordis. hoc est. nisi steteris in me. permutare te potes sed non meliorare. Nam occasione orta et accepta inuenies quod fugisti et amplius.

Oratio pro purgatione cordis et celesti sapientia Cap. xxxij.

**Q**uoniam infirma me deus per gratiam sancti spiritus. da virtutem corroborari in interiori homine: et cor meum ab omni inuili sollicitudine et angore euacuare nec varijs desiderijs trahi cuiuscumque rei vilis aut preciose: sed omnia inspicere sicut transientia et me pariter cum illis transiturum: quia nihil permanens sub sole. nisi omnia vanitas et afflictio spiritus. Domine quoniam sapiens qui ita considerat. Da mihi domine celestem sapientiam ut discam te super omnia querere et inuenire. super omnia sapere et diligere. et cetera secundum ordinem sapientie tue prout sunt intelligere. Da prudenter declinare blandientem. et patienter ferre aduersantem. quia hec magna sapientia non moueri omni vento verborum nec aure male blandienti prebere syrenam: sic enim incepta pergitur via secure.

Contra linguas obtrectatorum Cap. xxxij.

**A**lli non egre feras si quidam de te male senserint et dixerint quod non libenter audias. Tu deteriora de teipso sentire debes: et neminem infirmiore te credere. Si ambulas ab itra. non multum ponderabis volantia verba. Est non parua prudentia silere in tempore malo et introitus ad me conuerti nec humano iudicio disturbari. Non sit pax tua in ore hominum: siue enim bene siue male interpretati fuerint. non es igitur alter homo. Ubi est vera pax: et vera gloria? Nonne in me? Et qui non appetit hominibus placere nec displicere timet. multa perfruct pace. Et inordinato amore et vano timore oritur omnis inquietudo cordis et distractio sensuum.

Qualiter instante tribulatione deus inuocandus est et benedicendus. Cap. xxxiiij.

**S**it nomen tuum domine benedictum in secula qui uoluisti hanc retributionem et tribulationem venire super me. Non possum eam effugere. sed necesse habeo ad te confugere ut me adiuues et in bonum mihi conuertas. Domine modo sum in tribulatione: et non est cordi meo bene sed multum uero: a presenti passione. Et nunc pater dilecte quid dicam? Deprehensus sum inter angustias. saluifica me ex hora hac. Et propterea ueni in hac hora ut tu clarificeris cum fueris ualde humiliatus et per te liberatus.

Cōplacet tibi dñe ut eruas me. nā  
ego pauper quid agere possū; et quo  
ibo sine te? Da patientiā dñe etiam  
hac vice. Adiuua me de' me'; et nō  
timebo q̄rūcūq; grauatus fuero.  
Et nūc inter hęc quid dicam? Dñe  
fiat voluntas tua. ego bene merui  
tribulari et grauari. oportet vtiq; ut  
sustineam et vtrinā patienter. donec  
trāseat tēpestas et melius fiat. Po-  
tens ē aut omnipotēs man' tua etiā  
hanc tentationē a me auferre et ei'  
impetū mitigare. ne penitus succū-  
bā. quēadmodū et prius sepe egisti  
mecum deus me' misericordia mea.  
Et quanto mihi difficilius. tanto  
tibi facilior: ē hęc mutatio dextere  
excelsi.

De diuino petendo auxilio  
et confidentia recuperandę  
gratię Cap. xxxv.

**A**gli ego dñs confortans in  
die tribulationis. Venias  
ad me cū tibi nō fuerit be-  
ne. Hoc est qđ maxime impedit cōso-  
lationē celestem. quia tardius con-  
uertis te ad orationē. Nam anteq̄  
me intēte roges. multa interim so-  
latia queris et recreas te in externis  
Ideoq; fit ut parū omnia prosint  
donec aduertas. quia ego sum qui  
eruo sperantes in me: nec est extra  
me valens cōsiliū neq; vtile. s; neq;  
durabile remediū. S; iam resūpto  
spiritu post tempestatē recōualesce  
in luce miserationū mear. q; ppe  
sum dicit dñs: ut restaurē vniuersa  
non solū integre sed et abundanter  
et cumulate. Nūquid mihi quicq̄

est difficile. aut ero similis dicenti  
et non facienti? Ubi est fides tua?  
Sta firmiter et perseueranter Esto  
longanimis et vir fortis. veniet tibi  
cōsolatio in tēpore suo. Expecta me  
expecta: veniam et curabo te. Ten-  
tatio ē quę te vexat: et formido va-  
na quę te exterret. Quid importat  
solicitudine de futuris contingenti-  
bus. nisi ut tristitiā super tristitiā  
habeas? Sufficit diei malitia sua.  
Vanū est et inutile de futuris con-  
turbari uel gratulari quę forte nūq̄  
euenient. Sed humanū est huius-  
modi imaginatiōib' illudi. et parui  
adhuc animi signū tam leuic trahi  
a suggestionē inimici. Ipse enī non  
curat an veris an falsis illudat et  
decipiat. et vtrū presentii amore an  
futuroꝝ formidine prosternat. Nō  
ergo turbet cor tuū neq; formidet.  
Crede in me et in misericordia mea  
habeto fiduciā. Quādo tu te elon-  
gatū estimas a me. sepe sum ppin-  
quior. Quādo tu estimas totū per-  
ditū. tunc sepe magis merēdi instat  
lucrū. Non ē totū perditū. quādo  
res accidit in cōtrariū. Nō debes  
iudicare s; in presens sentire: nec sic  
grauitati alicui vndecūq; venienti  
inherere et accipe. tanq̄ omnis spes  
sit ablata emergendi. Noli putare  
te derelictū ex toto. q̄uis ad temp'  
miserim tibi aliquā tribulationē:  
sic enim transit ad regnū cęloꝝ. Et  
hoc sine dubio magis expedit tibi  
et ceteris seruis meis ut exercitemi-  
ni aduersis. q̄ si cūcta ad libitū ha-  
beretis. Ego noui cogitatiōes ab-

scōditas. quia multū expedit p̄ salute tua ut interdum sine sapore relinquare. ne forte eleueris in bono successu. et tibi ipsi placere velis i eo qđ non es. Quod dedi auferre possum. et restituere cū mihi placuerit. Cum dederō meū est. cū subtraxero tuū nō tuli. quia meū est omne datum bonū et omne donū perfectum. Si tibi admisero grauitatem aut quālibet cōtrarietate. nō indigneris neq; cōcidat cor tuū. et ego cito subleuare possum et omne onus in gaudiū transmutare. Verūtamē iustus sum et recōmendabilis multū cū sic facio tecū. Si recte sapis et in veritate aspicias. nūq̄ debes propter aduersa tam deiecte cōtristari. sed magis gaudere et gratias agere. imo hoc vnicū reputare gaudiū qđ affligens te doloribus non parco tibi. Sicut dilexit me pater ego diligo vos. dixi dilectis discipulis meis: quos vtiq; nō nisi ad gaudia temporalia s; ad magna certamina. nō ad honores sed ad despectiones. nō ad ocium sed ad labores. non ad requiem sed ad afferendum fructum multū in patiētia. Horū memento fili mi verborum.

De neglectu ois creature ut creator possit inueniri Cap. xxxvj

**D**omine mi adhuc bene indigeo maiori gratia si debeat illuc peruenire vbi nemo poterit nec vlla creatura impedire. Nā qđ diu res aliqua me retinet. non possum libere ad te volare. Cupiebat libere volare qđ dicebat:

Quis dabit mihi pennas sicut columbe. et volabo et requiescā. Quid simplici oculo quietius. et quid liberius nil desiderate in terris. Dporet igit omne pertrāsire creaturā: et seipsum pfecte deserere ac i excessu mentis stare et videre te oīz conditorem cum creaturis nil simile habere. Et nisi quis ab omnibus creaturis fuerit expeditus. nō poterit libere intendere diuinis. Ideo enī pauci inueniunt contemplatiui q; pauci sciunt se a perituris creaturis ad plenū sequestrari. Ad hoc magna requirit gratia que animā leuet et supra seipsam rapiat. Et nisi homo sit i spiritu eleuat' et ab omnibus creaturis liberat' ac deo tot' vnitus. quicquid scit. quicquid etiā habet. non est magni pōderis. Diu parū erit et in terra iacebit qđ aliqd magni estimat nisi solū vnū imentū eternū bonū. Et quicquid deus nō est. nihil est et pro nihilo cōputari debet. Est quippe magna differētia sapientia illuminati et deuoti viri: et scientia litterati et studiosi clerici. Multo nobilioz est illa doctrina que de sursum ex diuina influentia manat qđ que laboriose humano acquiri ingenio. Plures reperiunt contemplationē desiderare: s; que ad eam requirunt nō student exercere. Est et magnū impedimentū qđ in signis et in rebus sensibilib' stat et parum de perfecta mortificatione habet. Nescio quid est et quo spiritu ducimur et quid pretendim' qui spirituales dici videmur. et totum

laborem et ampliorē sollicitudinē p  
transitorijs et vilijs rebus agim⁹. et  
de interiorib⁹ nostris vix raro ple-  
ne recolletis sensibus cogitamus.  
Probdolo: statim post modicā re-  
collectionem foras erumpimus. nec  
opa nra districta examinatiōe tru-  
tinam⁹. Ubi iacēt affect⁹ nostri nō  
attendimus. et q̄ ipura sint omnia  
nostra nō deplozam⁹. Omnis quip-  
pe caro coruperat viam suā. et ideo  
sequebat⁹ diluuiū magnū. Eū ergo  
interior affectus noster corrup⁹ sit.  
necesse est ut actio sequēs inder ca-  
rentiē interioris vigoris corrupat.  
Ex puro corde pcedit fructus bone  
vite. Quantū quis fecerit querit⁹:  
sed ex quanta virtute agit non tam  
studiose pensat⁹. Si fuerit fortis. di-  
ues. pulcher. habilis. uel bon⁹ scri-  
pto: bonus cantor. bon⁹ laborator  
inuestigat⁹: q̄ pauper sit spiritu q̄  
patiens et mitis. q̄ deuot⁹ et intern⁹  
a multis tacetur. Natura exteriora  
hominis respicit. gratia ad interio-  
ra se cōuertit. Illa frequē fallit:  
ista in deo sperat ut nō decipiatur.

De abnegatiōe sui et abdicatiōe  
omnis cupiditatis Cap. xxxvii.

**A**gli non potes pfecte possi-  
dere libertatē nisi totaliter  
abneges temetipsū. Cōpe-  
diti sūt omnes pprietarij et suiipsi⁹  
amatores. cupidi. curiosi. gyrouagi  
querētes semp mollia. non que ihu  
xpi. s; sepe h̄ fingentes et cōponētes  
quod nō stabit. Deribit enim totū  
qd nō est ex deo ortū. Tene breue et  
cōsumatū verbū. Dimitte omnia et

inuenies oia. Dimitte cupiditatem  
et iuenies requiē. Hoc mente ptra-  
cta. et cū impleueris. omnia intelli-  
ges. Dñe hoc non est opus vni⁹ diei  
nec ludus paruulorū. imo in h̄ breui  
includitur omnis pfectio religio so-  
rū. Fili nō debes auerti nec statim  
deici audita via pfectorū. s; magis  
ad sublimiora puocari et ad minus  
ad hęc ex desiderio suspirare. Uti-  
nam sic tecū esset et ad hoc puenisses  
ut tuiipsius amator nō esses: s; ad  
nutū meū pure stares. et eius quē ti-  
bi pcepisti patris. tunc mihi valde  
placeres. et tota vita tua cū gaudio  
et pace trāsiret. Habes adhuc mul-  
ta ad relinquendū. que nisi mihi ex  
integro resignaueris non acquires  
quid postulas. Suadeo tibi a me  
emere aurū ignitū ut locuplex fias:  
id est sapiētia cęlestē omnia infima  
conculcātē. Postpone terrenā sapi-  
entiā. omnē humanā cōplacentiā et  
ppriā. Dixi tibi viliora emenda pro  
preciosis et altis i rebus humanis.  
Nam vilis et parua ac pene obliui-  
oni tradita videtur vera cęlestis sa-  
pientia. nō sapiēs alta de se nec ma-  
gnificari querens i terra: quā mul-  
ti oretenus predicāt. sed vita longe  
dissentiūt: ipsa tñ est preciosa mar-  
garita a multis abscondita.

De instabilitate cordis et de  
intentione finali ad deum  
habenda Cap. xxxviii.

**A**gli noli credere affectui tuo  
qui nunc est. cito mutabit⁹ in  
aliud. Q̄ diu enī vixeris mu-  
tabilitati subiect⁹ eris. etiā nolens

ut modo letus. modo tristis. modo pacatus. modo turbatus. nunc deuotus. nunc in deuotus. nunc studiosus. nunc accidiosus. nunc grauis. nunc lenis inueniatis. Sed stat super hec mirabilia sapiens et bene doctus in spiritu. non attendens quid in se sentiat uel qua parte flet ventus instabilitatis. sed ut tota intentio mentis eius ad debitum et ad oprimum proficiat finem. Nam sic poterit unum et idem incocussus permanere. simplici intentionis oculo pro tot varios euentus ad me ipse remitte directo. Quanto autem purior fuerit intentionis oculus. tanto constantius inter diuersas iras pcellas. Sed in multis caligat oculus pure intentionis. respicit enim cito in aliquod delectabile quod occurrit. et raro totum liber quis inuenit a neuo proprie exquisitionis. Sic indei olim venerant in bethaniam ad martham et mariam. non propter ipsum tantum: sed ut lazarum viderent. Mūdandus est ergo intentionis oculus ut sit simplex et rectus atque ultra omnia varia media ad me dirigendus.

Quamanti sapit deus super omnia et in omnibus. Cap. xxxix.

**E**cce deus meus et omnia. Quid volo amplius? et quid felicius desiderare possum? O sapidum et dulce verbum: sed amati verbum. non mundum nec ea que in mundo sunt. Deus meus et omnia. Intelligenti satis dictum est: et sepe repetere iocundum est amanti. Te si quidem presente iocunda sunt omnia: te autem absente fastidiunt cuncta.

Tu facis cor tranquillum et pacem magnam leticiamque festiuam. Tu facis bene sentire de omnibus et in omnibus te laudare. nec potest aliquid sine te diu placere: sed si debet gratum esse et bene sapere. oportet gratiam tuam adesse et condimento tue sapientie condiri. Cui tu sapis. quod ei recte non sapiet: et cui tu non sapis. quid ei ad iocunditatem esse poterit? Sed deficiunt in tua sapientia mundi sapientes et qui carnem sapiunt: quia ibi plurima vanitas et hic mors inuenit. Qui autem te per contemptum mundanorum et carnis mortificationem sequuntur. vere sapientes esse cognoscunt. quia de vanitate ad veritatem. de carne ad spiritum transferunt. Istis sapit deus. et quicquid inuenit in creaturis totum referunt ad laudem sui conditoris. Dissimilis tamen et multum dissimilis sapor creatoris et creature. eternitatis et temporis. lucis increate et lucis illuminate. Lux perpetua cuncta creata transcendens lumina. fulgura coruscationem de sublimi penetrantem omnia intima cordis mei. purifica. letifica. clarifica et viuifica spiritum meum cum suis potentibus ad inherendum tibi iubilo et excessibus. Quando veniet hec beata et desiderabilis hora ut tua me saties presentia ut sis mihi oia in omnibus? Quod diu hoc datum non fuerit. nec plenum gaudium erit. Adhuc phidolo: viuit in me vetus homo. non est totus crucifixus. non est perfecte mortuus. Adhuc concupiscit fortiter aduersus spiritum. bella mouet intestina nec regnum anime patitur esse quietum.

Sed tu qui dñaris potestati maris  
z motum fluctuum eius tu mitigas  
exurge adiuua me. Dissipa gentes  
que bella volūt. contere eas i virtu-  
te tua; ostende queso magnalia tua  
z glorificet dextera tua. quia nō est  
spes alia nec refugiū mibi nisi in te  
dñe deus meus.

Non est securitas a tentatione  
in hac vita

Cap. xl.

**A**gli nūq̄ securus es in hac  
vita s; quoad vixeris semp  
arma spiritualia tibi sunt  
necessaria. Inter hostes versaris. a  
dextris z a sinistris ipugnaris. Si  
ergo non vteris vndiq; scuto pati-  
entię. nō eris diu sine vulnere. In-  
super si nō ponis cor tuū fixe in me  
cū mera voluntate cuncta patiendi  
propter me. non poteris ardorē istū  
sustinere nec ad palmam pertingere  
beatorū. Oportet te ergo viriliter  
omnia pertransire. z potenti manu  
vti aduersus obiecta. Nam vincēti  
datur manna; z torpēti relinquitur  
multa miseria. Si queris i hac vita  
requiē. quō tūc puenies ad eternā?  
Non ponas te ad multā requiem;  
sed ad magnam patientiā. Quere  
verā pacē non in terris sed in cęlis  
non in hoibus nec in ceteris crea-  
turis. s; in deo solo. Pro amore dei  
debes omnia libentē subire. labores  
scilic; z dolores. tentatiōes. vexati-  
ones. anxietates. necessitates. infir-  
mitates. iniurias. oblocutiones. re-  
prehensiones. humiliatiōes. cōfusi-  
ones; correctiones z despectiones.  
Hęc iuuant ad virtutes. hęc pbant

xpi tyronē. hęc fabricant celestē co-  
ronā. Ego reddā ei eternā mercedē  
pro breui labore. z infinitā gloriā  
pro transitoria cōfusione. Putas q̄  
semp habebis p tua volūtate cōso-  
latiōes spirituales? Sancti mei nō  
habuerunt tales. sed multas graui-  
tates z rētatiōes varias. magna s; q;  
desolatiōes; s; patiētes sustinuerūt  
se in omnibus z magis sunt confisi  
deo q̄ sibi. scientes q; nō sunt con-  
dignę passiones huius temporis ad  
futurā gloriā pmerēdā. Vis tu sta-  
tim habere. qd multi post lachry-  
mas z magnos labores vir obtinu-  
erunt? Expecta dñm. viriliter age z  
cōfortare. noli diffidere. noli disce-  
dere; s; corp' z aiā expone cōstanē  
p gloria dei. Ego reddā plenissime.  
Ego tecū ero i omni tribulatione.

Contra vana hominum  
iudicia

Cap. xli.

**A**gli iacta cor tuū firmiter i  
dño; z humanū ne metuas  
iudiciū. vbi te conscientia  
piū reddit z insontē. Bonū ē z be-  
atū taliter pati. nec b̄ erit graue hu-  
mili cordi; z deo magis q̄ sibi ipsi  
cōfidenti. Multi multa loquunt; z  
ideo parua fides est adhibēda. S; z  
oibus satis esse non est possibile.  
Et si paulus omnib' studuit in dño  
placere z oibus omnia factus est. tñ  
etiā p minimo duxit q̄ ab humano  
die iudicat' fuerit. Egit satis p ali-  
orū edificatiōe z salute q̄tū i se erat  
z poterat; s; ne ab alijs aliqñ iudi-  
caret' uel nō despiceretur. cobibere  
non potuit. ideo totum deo cōmisit

qui totū nouerat. et patientia et humilitate contra ora loquentiū iniqua ac etiam vana ac mendosa cogitantiū atq; pro libitu suo queq; iactantium se defendit. Respondit tamē interdū ne infirmis ex sua taciturnitate generaretur scandalū: Quis tu ut timeas a mortali hoīe? Hodie ē et cras nō cōparet. Deū time. et hoīus terrores nō expauesces. Quid potest aliquis in te verbis aut iniurijs? Sibi poti' nocet q̄ tibi. nec poterit iudiciū dei effugere quicūq; est ille. Tu habe deum p̄ oculis et noli cōtendere verbis querulosis. Quasi ad p̄sens videris succumbi et confusionem pati quā non meruisti. ne indigneris ex hoc neq; per ipatentiā minuas coronā tuā: sed ad me potius respice in celū. qui potens sum eripere ab omni confusione et iniuriā. et vniueniq; reddere sūm opera sua.

De pura et integra resignatione sui ad obtinendā cordis libertatem Cap. xliij.

**A**gli relinque te et inuenies me. Gra sine electiōe et omni pprietate. et semp lucraberis. Nā et adijcietur tibi amplior gratia. statim ut te resignaueris nec resumpseris. Dñe quotiens me resignabo et in quibus me relinquam? Semp et in omni hora. sicut in paruo sic et in magno. nihil excipio sed in omnib' te nudatū inueniri volo. Alioqn quō poteris eē meus et ego tuus nisi fueris ab omni ppria voluntate int' et foris spoliat'. Quāto

celerius hoc agis. tanto melius habebis. et quāto plenius et sincerius: tanto plus mihi placebis et ampli' lucraberis. Quidā se resignant sed cum aliqua exceptione. Non enim plene deo confidūt. ideo prouidere sibi satagunt. Quidam etiā primo totū offerunt. sed postea tentatione pulsante ad propria redeunt: ideo minime in virtute proficiūt. Hi ad veram puri cordis libertatem et iocundē familiaritatis meę gratiā nō pertingēt. nisi integra resignatione et quotidiana sui imolatiōe p̄facta: sine qua non stat nec stabit vnio fruitiua. Dixi tibi sepissime: et nunc iterū dico. Relinque te. resigna te et frueris magna interna pace. Da totum pro toto. nil exquire. nil repete. sta pure et inhesitanter in me et habebis me. Eris liber i corde: et tenebrę non conculcabūt te. Ad hoc conare. hoc ora. hoc stude. desiderare. ut ab omni proprietate possis expoliari: et nud' nudū ihm sequi. tibi mori et mihi eternaliter viuere. Tunc deficient omnes vane fantasie. conturbationes inique et cure superflue. Tunc etiā recedet imoderatus timor: et inordinatus amor morietur.

De bono regimine in externis et recessu ad deū i periculis Cap. xliij.

**A**gli ad istud diligenter tendere debes ut in omni loco actione seu occupatione externa sis intimus liber et tuipius potens: et sint omnia sub te et tu nō sub eis. ut sis dñs actionū tuarum.

et recto: non seruus nec empticius sed magis exemptus. verusque hebreus in sorte ac libertate transiens filio / rui dei: qui stant super presentia et speculatur eterna: qui transitoria intuentur sinistro oculo. et dextro celestia: quos temporalia non trahunt ad inherendum. sed trahunt ipsi ea magis ad bene seruiendum prout ordinata sunt a deo. et instituta a summo opifice qui nil inordinatum reliquit in sua creatura. Si etiam in omni euentu stas non in apparentia externa. nec oculo carnali lustras visa uel audita. sed mox in qualibet causa intras cum moyses in tabernaculum ad consulendum dominum: audies nonnumquam diuinum responsum. et redies instructus de multis presentibus et futuris. Semp enim moyses recursum habuit ad tabernaculum pro dubijs et questionibus soluendis: fugitque ad orationis adiutorium pro periculis et improbitatibus hominum subleuandis. Sic et tu confugere debes in cordis tui secretarium diuinum intentum implorando suffragium. Propterea namque iosue et filij israel a gabaonitibus leguntur decepti. quia os domini non prius interrogauerunt: sed nimium creduli dulcibus sermonibus falsa pietate delusi sunt.

De homo non sit importunus in negocijs Cap. xliij.

**A**gli committe mihi semper causam tuam. et ego bene disponam in tempore suo. Expecta ordinationem meam. et senties inde profectum. Domine satis libenter

omnes res tibi committo quia parum potest cogitatio mea proficere. Utinam non multum adhererem futuris euentibus. sed ad beneplacitum tuum me incunctanter offerrem. Fili mi sepe homo rem aliquam agitatur quod desiderat: sed cum ad eam puenerit aliter incipit sentire. quia affectiones circa idem non sunt durabiles sed magis de vno in aliud nos impellunt. Non ergo minimum etiam in minimis se relinquere. Verus profectus hominis est abnegatio sui ipsius. et homo abnegatus valde liber est et securus. Sed antiquus hostis omnibus bonis aduersans. a tentatione non cessat: et die noctuque graues molitur insidias si forte in laqueum deceptionis possit precipitare incautum. Vigilate ergo et orate dicit dominus ut non intretis in tentationem.

De homo nihil boni ex se habet et de nullo gloriari potest Cap. xlv.

**D**omine quid est homo quod memores sis eius aut filius hominis quia visitas eum? Quid promeruit homo ut dares illi gratiam tuam? Domine quid possum conquiri si deseris me: aut quid iuste obtendere possum si quod peto non feceris? Certe hoc in veritate cogitare possum et dicere. Domine nihil sum nihil boni ex me habeo. sed in omnibus deficio et ad nihil semper tendo. Et nisi a te fuero adiutus: et interius informatus. totus efficior tepidus et dissolutus. Tu autem domine semper idem



ipse es et permanes in eternum. semper bonus iustus et sanctus. bene iuste ac sancte agens omnia et disponens in sapientia. Sed ego qui ad defectum magis pronus sum quam ad profectum non sum semper in vno statu perdurans: quia septem tempora mutantur super me. Verumtamen cito melius fit cum tibi placuerit et manum porrexeris adiutricem. quia tu solus sine humano suffragio poteris auxiliari: et in tantum confirmare ut vultus meus amplius in diuersa non mutetur: sed in te vno cor meum conuertatur et quiescat. Unde si bene scire omnem humanam consolationem abijcere siue propter deuotionem adipiscendam siue propter necessitatem qua compellor te querere. quia non est homo qui me consoletur: tunc merito possem de gratia sperare tua et de dono noue consolationis exultare. Gratias tibi unde totum venit quotienscumque mihi bene succedit. Ego autem vanitas et nihilum ante te. inconstans homo et infirmus. Unde ego possum gloriari aut cur appeto reputari? Numquid de nihilo? et hoc vanissimum est. Vere inanis gloria mala pestis. vanitas maxima. quia a vera trahit gloria et celesti spoliatur gratia. Dum enim homo complacet sibi. displicet tibi: dum inibat laudibus humanis. priuatur veris virtutibus. Est autem vera gloria et exultatio sancta. gloriari in te et non in se. gaudere in nomine tuo non in virtute propria. nec in aliqua creatura delectari nisi propter te. Laudet nomen tuum non meum. magnificet opus

tuum non meum. benedicatur nomen sanctum tuum: nihil autem attribuat mihi de laudibus hominum. Tu gloria mea tu exultatio cordis mei. In te gloriabor et exultabo tota die: pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis. Querant iudei gloriam que ab inuicem est. ego hanc requiram que a solo deo est. Omnis quidem gloria humana. omnis honor temporalis. omnis altitudo mundana eterne glorie tue comparata vanitas est et stulticia. O veritas mea et misericordia mea deus meus trinitas beata tibi soli laus virtus honor et gloria per infinita seculorum secula. Amen.

De contemptu omnis temporalis honoris Cap. xlvj.

**H**omi noli tibi attrahere si videas alios honorari et eleuari. te autem despici et humiliari. Erige cor tuum ad me in celum et non contristabit te contemptus hominis in terris. Domine in cecitate sumus et vanitate cito seducimur. Si recte me inspicio. nunquam mihi facta est iniuria ab aliqua creatura. unde nec iuste habeo conqueri aduersum te. Quia autem frequenter et grauiter peccavi tibi. merito armatur contra me omnis creatura. Mihi igitur iuste debet confusio et contemptus. tibi autem laus honor et gloria. Et nisi me ad hoc preparauero quam velim libenter ab omni creatura despici et relinqui atque penitus nihil videri. non possum interiorius pacificari et stabiliri. nec spiritualiter illuminari. neque plene tibi vniri.

De pax non est ponenda in  
hominibus Cap. xlvij.

**A**lii si ponis pacem tuā cū  
aliqua persona propter tuū  
sentire et conuiuere. insta-  
bilis eris et ipacatus. Sed si recur-  
sum habes ad semper uiuentem et  
manentem veritatē. non contrista-  
bit te amicus recedens aut moriens  
In me debet amici dilectio stare: et  
propter me diligendus est quisquis  
tibi bonus visus est et multum ca-  
rus in hac vita. Sine me nō valet  
nec durabit amicitia. nec est vera et  
mūda dilectio quā ego non copulo.  
Ita mortuus debes esse talibus af-  
fectionibus dilectorū hoīū: ut quātū  
ad te pertinet sine omni humano  
optares esse cōsortio. Tanto homo  
deo magis appropinquat. quāto ab  
omni solatio terreno longius rece-  
dit. Tanto etiam altius ascēdit ad  
deū. quanto pfundius in se descen-  
dit et plus sibi ipsi vilescit. Qui autē  
aliquid boni sibi attribuit. gratiā  
dei i se venire ipedit: quia gratia spi-  
ritus sancti cor humile querit sem-  
per. Si scires te perfecte annihilare  
atque ab omni creato amore euacu-  
are. tunc deberem in te cum magna  
gratia emanare. Sed quādo tu re-  
spicis ad creaturas. subtrahit tibi  
aspectus creatoris. Disce te in omni-  
bus propter creatorem vincere. tūc  
ad diuinā valebis cognitionē per-  
tingere. Quantūcumque modicum sit  
si inordinate diligitur et respicitur  
retardat a summo et vitiat.

Contra vanam et secularē  
scientiam Cap. xlviii.

**A**lii non moueāt te pulchra  
et subtilia dicta hoīū. Nō  
enim est regnū dei i sermo-  
ne sed in virtute. Attende vba. mea  
que corda accendūt et mentes illu-  
minant. inducunt compunctionē et  
variā ingerunt consolationem.  
Nūquā ad hoc legas verbum ut do-  
ctior aut sapientior possis videri:  
sed stude mortificationem vitiorū.  
quia hoc amplius tibi proderit quā  
noticia multarū difficilium questio-  
num. Cum multa legeris et cognou-  
eris. ad vnū tamen oportet venire  
principiū. Ego sum qui doceo ho-  
minē scientiā. et clariorē intelligen-  
tiā paruulis tribuo: quā ab homine  
possit doceri. Cui ego loquor. cito  
sapiens erit et multū in spiritu pfi-  
ciet. Ne illis qui multa curiosa ab  
hominibus inquirūt. et de via mihi  
seruendi parū curāt. Veniet tem-  
pus quā apparebit magister magi-  
stroꝝ xps dñs angelorū. cunctoꝝ  
auditurus lectiones. hoc est singu-  
lorum examinaturus conscientias:  
et tunc scrutabitur hierusalē in lu-  
cernis. et manifesta erūt abscondita  
tenebrarum: tacebuntque argumēta  
linguarum. Ego sum qui humilem  
in puncto eleuo mentem. ut plures  
eterne veritatē capiat rationes quā si  
quis decē annis studuisset i scholis  
Ego doceo sine strepitu verboꝝ. si-  
ne cōfusiōe opinionū. sine fastu ho-  
noris. sine pugnatione argumētoꝝ.  
Ego sum qui doceo terrena despiciere

presentia fastidire. eterna querere. eterna sapere. honores fugere. scandala sufferre. omnē spem in me ponere. extra me nil cupere: et sup omnia ardentem me amare. Nam quidam amando me intime didicit divina et loquebatur mirabilia. Plus profecit in relinquēdo oia q̄ in studendo subtilia. Sed alijs loquor coia. alijs specialia. aliquibus in signis et figuris dulciter appareo. quibusdā hō in multo lumine reuelo mysteria. Una vox librorum. sed nō omnes eque informat. quia intus sum doctor veritatis. cordis scrutator. cogitationū intellectoz. actionum promotoz. distribuēs singulis sicut dignum iudicauero.

De non attrahendo sibi res exteriores Cap. xlix.

**A**lli in multis oportet te esse insciū. et estimare te tanq̄ mortuū super terram et cui totus mundus crucifixus sit. Multa etiā oportet surda aure pertransire et que tue pacis sunt magis recogitare. Utilius est oculos a reb' displicentibus auertere et vnicuiqz suū sentire relinquere. q̄ cōtētiosis sermonib' deseruire. Si bene steteris cū deo et eius iudiciū aspexeris. facili' te victū portabis. O dñe quousqz venimus? Ecce dānū defietur temporale. pro modico questu laborat et currit. et spirituale detrimētū in obliuionē trāsit. et vix sero redit. Quod parū uel nihil prodest attendit: et quod sūme necessariū est negligenter preterit. quia tot' homo

ad externa defluit. et nisi cito resipiscat. libens in exterioribus iacet.

De omnibus non est credendum: et de facili lapsu verborum Cap. l.

**D**A mibi auxiliū dñe de tribulatione quia vana salus hominis. De sepe ibi non inueni fidē vbi me habere putavi. Quoties etiā ibi repperi. vbi min' presumpsi. Vana ergo spes in hominibus. salus autē iustoz in te deus. Benedictus sis dñe deus in oibus que nobis accidunt. infirmi sumus et instabiles. cito fallimur et permuamur. Quis est homo qui ita caute et circūspecte in omnib' se custodire valet ut aliqñ in aliquam deceptionē uel perplexitatē non veniat? Sed qui in te dñe confidit ac simplici ex corde querit. non tam facile labit. Et si inciderit aliquā tribulationē quomodocūqz etiam fuerit implicatus. citius per te eruetur aut a te consolabitur: quia tu non deseris in te sperantem vsqz in finem. Rarus fidus amicus in cunctis amici pseruas pressuris. Tu dñe tu solus es fidelissimus in omnib': et preter te nō est alter talis. Quis bene sapuit illa anima sancta que dixit: mens mea solidata est et in xp̄o fundata. Si ita mecum foret. non tam facile timor humanus me sollicitaret nec verborū iacula mouerent. Quis oia preuidere. q̄s precauere futura mala sufficit? Si preuisa etiā ledūt sepe. qd̄ iprouisa nisi grauiter etiā feriunt? Sed quare mibi misero nō

melius prouidi? Cur etiā tam facile  
alijs credidi? Sed homines sumus  
nec aliud q̄ fragiles homines sum⁹  
etiā si angeli a multis estimamur ⁊  
dicimur. Cui credam dñe. cui credā  
nisi tibi? Veritas es que non fallis  
nec falli potes. Et rurſū: Dis ho-  
mo mendax. infirm⁹. instabilis ⁊ la-  
bilis. maxime i verbis. ita ut statim  
vix credi debeat quod rectum in fa-  
cie sonare videt. Quid prudenter pre-  
monuisti cauendū ab hominib⁹: ⁊  
q̄ inimici hominis domestici eius.  
nec credēdū si quis dixerit: ecce hic  
aut ecce illic. Doct⁹ sum damno: ⁊  
utinā ad cautelā maiore. nō ad in-  
sipientiā mihi. Cautus esto. quidā  
ait. cautus esto. serua apud te quod  
dico. Et dū ego sileo ⁊ absconditū  
credo. nec ille silere potest quod si-  
lendū petijt. s; statim prodit me ⁊ se  
⁊ abiit. Ab huiusmodi fabulis ⁊ in-  
cautis hominibus protege me dñe  
ne in manus eorū incidā nec vnq̄  
talia cōmittam. Verbū verū ⁊ sta-  
bile da in os meū: ⁊ linguā callidā  
longe fac a me. Quid pati nolo. om-  
nimode cauere debeo. Quid bonū ⁊  
pacificū de alijs silere. nec aliud in-  
differēter oia credere. neq; de facili  
vlterius effari. paucis seipsum reue-  
lare. te semper inspectorem cordis  
querere. nec omni vento verborum  
circūferri: sed oia intima ⁊ externa  
s̄m tue beneplacitū volūtatis opta-  
re perfici. Quid tutū pro conseruatiōe  
celestis gratiē humanā fugere ap-  
parentiā. nec appetere que foris ad-  
miracionem videntur prebere: sed

ea tota sedulitate sectari que vite  
emendationē dant ⁊ feruorem. Quid  
multis nocuit virt⁹ scita ac prepro-  
pere laudata. q̄ sana profuit gratia  
silentio seruata in hac fragili vita  
que tota tentatio fertur ⁊ malicia.

De confidentia in deo ha-  
benda quando insurgunt  
verborū iacula Cap. li.

**A**gli sta firmiter ⁊ spera in  
me. Quid enim sunt verba  
nisi verba? Per aerem vo-  
lant. s; lapidē nō ledūt. Si reus es.  
cogita q̄ te libenter velis emēdare.  
Si nihil tibi consci⁹ es. pensa q̄ ve-  
lis libenter pro deo hoc sustinere.  
Parum satis est ut uel verba inter-  
dum sustineas q̄ necdū fortia verbe-  
ra tolerare vales. Et quare tā par-  
ua tibi ad cor trāseunt. nisi quia ad-  
huc carnalis es: ⁊ homines magis  
q̄ oportet attendis? Nam quia de-  
spici metuis. reprehendi pro excessi-  
bus non vis. ⁊ excusationū queris  
vmbacula. Sed inspice te melius  
⁊ agnosces quia viuit adhuc in te  
mūdus ⁊ vanus amor placendi ho-  
minibus. Cum enim bassari refu-  
gis ⁊ confundi pro defectibus. con-  
stat utiq; q̄ nec vere humilis sis  
nec vere mundo mortuus nec tibi  
mūdus crucifixus. Sed audi verba  
mea: ⁊ nō curabis decem milia ho-  
minū verba. Ecce si cuncta contra  
te dicerentur que fingi maliciosissi-  
me possent. quid tibi noceret si oio  
transire permitteres nec plus q̄ fe-  
stucam perpenderes? Nūquid uel  
vnū capillū tibi extrahere possent?

Sed qui cor intus non habet nec deum  
 pro oculis. faciliter verbo mouetur  
 vituperationis. Qui autem in me  
 confidit nec proprio iudicio stare ap-  
 perit. absque humano terrore erit.  
 Ego enim sum iudex et cognitor omnium se-  
 cretorum: ego scio qualiter res acta est:  
 ego iniuriantem noui et sustentem. A  
 me erit verbum istud. me permittente  
 hoc accidit. ut reuelentur ex multis  
 cordibus cogitationes. Ego reum  
 et innocentem iudicabo: sed occulto  
 iudicio utrumque ante probare vo-  
 lui. Testimonium hominum sepe fallit:  
 meum iudicium verum est. stabit et  
 non subuertetur. latet plerumque et  
 paucis ad singula patet. nunquam tamen  
 errat nec errare potest. etiam si ocu-  
 lis insipientium non rectum videatur.  
 Ad me ergo recurrendum est in om-  
 ni iudicio. nec proprio innitendum  
 arbitrio. Iustus enim non contur-  
 babitur quicquid a deo ei acciderit  
 Etiam si iniuste aliquid contra eum pro-  
 latum fuerit. non multum curabit.  
 Sed nec vane exultabit si per alios  
 rationabiliter excuset. Pensat namque  
 quod ego sum scrutans corda et renes:  
 qui non iudico secundum faciem et huma-  
 nam apparentiam. Nam sepe in ocu-  
 lis meis reperit culpabile: quod ho-  
 minum iudicio creditur laudabile. Domine  
 deus iudex iuste fortis et patiens qui  
 hominum nosti fragilitatem et prauitatem.  
 esto robur meum et tota fiducia  
 mea. Non enim mihi sufficit con-  
 scientia mea. tu nosti quod ego non  
 noui: et ideo in omni reprehensione  
 me humiliare debui et mansuete su-

stinere. Ignosce ergo mihi propiti-  
 quociens sic non egi: et dona iterum  
 gratiam amplioris sufferentie. Melior  
 est enim mihi tua copiosa mise-  
 ricordia ad consecutionem indul-  
 gentie. quam mea opinata iusticia pro  
 defensione latentis conscientie. Et  
 si nihil mihi conscius sum. tamen in  
 te iustificare non possum: quod remo-  
 ta misericordia tua non iustificabitur  
 in conspectu tuo omnis viuens.

Et omnia graua pro eterna  
 vita sunt toleranda Cap. liij.

**N**on frangant te labores  
 quos assumpsisti propter me  
 nec tribulationes te dericiant  
 usquequaque. sed mea promissio in omni  
 euentu te roboret et consoletur. Ego  
 sufficiens sum ad reddendum supra  
 omnem modum et mensuram. Non hic  
 diu laborabis. nec semper grauabe-  
 ris doloribus. Expecta paulisper et  
 videbis celerem finem malorum. Ve-  
 niat una hora quando cessabit om-  
 nis labor et tumultus. Modicum est  
 et breue omne quod transit cum tem-  
 pore. Age ergo ut agis fideliter. la-  
 bora in vinea mea. ego ero merces  
 tua. Scribe. lege. canta. geme. tace.  
 ora. sustine viriliter contraria: di-  
 gna est his omnibus et maioribus preliis  
 vita eterna. Veniet pax in die una  
 que nota est domino. Non enim erit dies  
 uel nox huius scilicet temporis: sed lux  
 perpetua. claritas infinita. pax firma  
 et requies securus. Non dices tunc: quod  
 me liberabit de corpore mortis huius:  
 nec clamabis: heu mihi quod incolatus  
 meus prolongatus est. quam precipitabitur

mors. et salus erit indefectiva. anti-  
etas nulla. iocunditas beata. socie-  
tas dulcis et decora. **Q**uod si vidisses  
sanctorum in celo coronas perpetuas.  
quanta quoque nunc exultant gloria  
qui huic mundo olim contempnibiles  
et quasi vita ipsi indigni putabantur:  
profecto te statim humiliares usque  
ad terram: et affectares potius om-  
nibus subesse quam vni precesse. nec huius  
vitae letos dies concupisceres. sed ma-  
gis pro deo tribulari gauderes: et  
pro nihilo inter homines computari ma-  
ximam lucrum duceres. **Q**uod si tibi hec  
saperet et perfunde ad cor transiret:  
quomodo auderes vel semel conqueri?  
Nonne pro vita eterna cuncta labo-  
riosa sunt toleranda? Non est parvum  
quid. lucrari aut perdere regnum dei.  
Leua igitur faciem tuam in celo. Ecce  
ego et omnes sancti mei mecum qui in  
hunc seculo magnam habuere certamen  
modo gaudent. modo consolantur: et  
modo securi sunt: et modo requiescunt  
et sine fine in regno patris mei per-  
manebunt mecum.

De die eternitatis et huius vite  
angustis Cap. liij.

**O** Superne civitatis mansio  
beatissima. **Q**uod dies eterni-  
tatis clarissima quam non  
obscurat: sed summa veritas sem-  
per irradiat. dies semper leta. semper  
secura: et nunquam statum mutans in con-  
traria. **Q**uod utinam dies illa illuxisset et  
cuncta hec temporalia finem accepis-  
sent. Lucet quidem sanctis perpetua  
claritate splendida: sed non nisi a  
longe per speculum peregrinantibus

in terra. **N**onunt celi ciues quam gau-  
diosa sit illa: gemunt exules filii eue-  
que quam amara et tediosa sit ista. Dies hu-  
ius temporis parvi et mali. pleni do-  
loribus et angustis. ubi homo mul-  
tis peccatis inquinatur. multis passi-  
onibus irretitur. multis timoribus strin-  
gitur. multis curis distenditur: et multis  
curiositatibus distrahitur. multis va-  
nitatibus implicatur. multis erroribus  
circumfunditur. multis laboribus at-  
teritur. tentationibus gravatur. delitiis  
eneruatur. egestate cruciatur. **Q**uod quando  
finis horum multorum laborum. quando li-  
berabor a misera servitute vitiorum.  
**Q**uando memorabor domine tui solius.  
quando ad plenum letabor in te. **Q**uando  
ero sine omni impedimento et in vera  
libertate sine omni gravamine mentis  
et corporis. **Q**uando erit pax solida.  
pax imperturbabilis et segura. pax in-  
tus et foris. pax ab omni parte fir-  
ma. **I**esu bone quando stabo ad vi-  
dendum te. quando contemplabor  
gloriam regni tui. quando eris mihi  
omnia in omnibus. **Q**uando ero  
tecum in regno tuo quod preparasti  
dilectis tuis ab eterno. **R**elictus sum  
pauper et exul in terra hostili. ubi  
bella quotidiana et infortunia ma-  
xima. **C**onsolare exilium meum. mi-  
tiga dolorem meum: quia ad te suspirat  
omne desiderium meum. **N**am onus  
mihi totum est quicquid mundus hic  
offert ad solatium. **D**esidero te inti-  
me frui. sed nequeo apprehendere.  
**O**portet inherere celestibus. sed de-  
primunt res temporales et immortifi-  
catum passionem. **A**udente omnibus reb'

superesse volo : carni autem inuite subesse cogor. Sic ego infelix homo mecum pugno : et factus sum mihi metipsum grauis. dum spiritus sursum et caro querit esse deorsum. Quid intus patior : dum mente celestia tracto et mox carnalium turba occurrit oranti. Deus meus ne elogaris a me : neque declines in ira a seruo tuo. Fulgura conuscatione tua et dissipas : emitte sagittas tuas et conturbentur omnes fantasie inimici. Recollige sensus meos ad te. Fac me obliuisci omnium mundanorum. Da cito abijcere et contemere fantasmatum vitiorum. Succurre mihi eterna veritas ut nulla me moueat vanitas. Adueni celestis suauitas et fugiat a facie tua omnis impuritas. Ignosce quoque mihi et misericorditer indulge quoties preter te aliud in oratione reuoluo. Confiteor etiam vereque valde distracte me habere consueui. Nam ibi multotiens non sum ubi corporaliter sto aut sedeo : sed ibi magis sum quo cogitationibus fero. Ibi sum ubi cogitatio mea est. Ubi est frequenter cogitatio mea. ibi est id quod amo. Hoc mihi cito occurrat quod naturaliter delectat aut ex usu placet. Unde tu veritas aperte dixisti : Ubi enim est thesaurus tuus. ibi est et cor tuum. Si celum diligo. libenter de celestibus penso : si mundum amo felicitatibus mundi congaudeo : et de aduersitatibus eius tristor. Si carnem diligo. que carnis sunt sepius sine imaginor. Si spiritum amo. de spiritualibus cogitare delector. Que

cumque enim diligo. de his libenter loquor : et audio : atque talium imagines ad domum mecum reposito. Sed beatus ille homo qui propter te domine omnibus creaturis abunde licentiam tribuit : qui nature vim facit et concupiscentias carnis seruoze spiritus crucifigit. ut serenata conscientia pura tibi orationem offerat : dignusque sit angelicis interesse choris. omnibus terrenis foris et intus exclusis.

De desiderio eterne vite et quanta sint certantibus bona promissa Cap. liiij.

**A**gli mi cum tibi desiderium eterne beatitudinis desuper infundi sentis et de tabernaculo corporis exire concupiscis ut claritatem meam sine vicissitudinis umbra contempleri possis. dilata cor tuum et omni desiderio hanc sanctam inspirationem suscipe. Redde amplissimas superne bonitati gratias que tecum sic dignanter agit. clementer visitat. ardentem excitat. potenter subleuat ne proprio pondere ad terrena labaris. Neque enim hoc cogitatu tuo aut conatu accipis. sed sola dignatione superne gratie et diuini respectus : quatenus in virtutibus et maiori humilitate proficias et ad futura certamina te prepares : mihi quoque toto cordis affectu adherere ac seruenti voluntate studeas deservire. Fili sepe ignis ardet. sed sine fumo flamma non ascendit : Sic et aliquorum desideria ad celestia flagrant. et tamen a tentatione carnalis affectus liberi non sunt. Idcirco

nec oio pure pro honore dei agunt  
q̄ tam desideranter ab eo petunt.  
Tale est ⁊ sepe tuū desiderū: quod  
insinuasti fore tam iportunū. Non  
enim est hoc purum ⁊ perfectum qđ  
propria comoditate est infectum.  
Petere non quod tibi est delectabile  
⁊ comodū. sed quod mihi accepta-  
bile ē atq; honorificum. quia si re-  
cte iudicas. meam ordinationē tuo  
desiderio ⁊ omni desiderato prefer-  
re debes ac sequi. Noui desiderium  
tuum ⁊ frequētes gemitus audiui.  
Jam velles esse in libertate glorie  
filiorū dei. iam te delectat domus  
cetera ⁊ celestis patria gaudio ple-  
na: sed nondū venit hora ista. sed ē  
adhuc aliud tempus belli. videlicet  
tēpus laboris ⁊ probatiōis. Oportet  
summo repleti bono. sed non potes  
hoc assequi modo. Ego sum. expe-  
cta me dicit dñs: donec veniat re-  
gnum dei. Probandus es adhuc in  
terris ⁊ in multis exercitandus.  
Consolatio tibi interdum dabit̄:  
sed copiosa satietas non conceditur  
Confortare igitur ⁊ esto robustus  
tam in agendo q̄ in patiēdo na-  
ture contraria. Oportet te nouum  
induere hominem ⁊ in alterū virū  
mutari. Oportet te sepe agere qđ  
non vis: ⁊ quod vis oportet te re-  
linquere. Quod alijs placet proces-  
sum habebit. quod tibi placet ultra  
non proficiet. Quod alijs dicunt au-  
diatur: quod tu dicis pro nibilo cō-  
putabitur. Petent alijs ⁊ accipient:  
tu petes nec impetrabis. Erunt alijs  
magni in ore hoīuz; de te autē tace-

bitur. Alijs hoc uel illud cōmittet̄:  
tu autē ad nihil vtile iudicaberis.  
Nam ppter hoc natura aliquādo  
contristabit̄. ⁊ magnū si silens por-  
taueris. In his ⁊ similibus multis  
probari solet fidelitas dñi seru⁹ qua-  
liter se abnegare ⁊ in omnib⁹ fran-  
gere quiuerit. Uix est aliquid tale  
in quo tantūde mori indiges. sicut  
non videri. ⁊ pati que voluntati tuę  
aduersa sūt. maxime autē cū discon-  
uenientia ⁊ que min⁹ vtilia tibi ap-  
parent fieri iubentur. Et quia no  
audes resistere altiori potestati sub  
dominio constitutus. ideo durū ti-  
bi videtur ad nutum alterius am-  
bulare ⁊ omne ppiū sentire omit-  
tere. Sed pensa fili horum fructū  
laborū. celerem finem atq; premiū  
nimis magnū. ⁊ non habebis inde  
grauamen sed fortissimū patientię  
tuę solamen. Nam ⁊ p modica hac  
voluntate quā nunc sponte deseris.  
habebis semper voluntatem tuam  
in celis. Ibi quippe inuenies omne  
quod volueris. omne quod deside-  
rare potes. Ibi aderit tibi toti⁹ fa-  
cultas boni sine timore amittendi.  
Ibi voluntas tua vna semper mecū  
nil cupiet extraneum uel priuatum.  
Ibi nullus resistet tibi. nemo de te  
cōqueretur. nemo impediet. nil ob-  
uiabit: sed cuncta desiderata simul  
erunt presentia: totumq; affectum  
tuum reficient ⁊ adimplebunt vsq;  
ad sūmū. Ibi reddam gloriam pro  
cōtumelia perpeffa. pallium laudis  
pro merore. pro loco nouissimo sedē  
regni ī sęcula. Ibi apparebit fruct⁹



obediētię. gaudebit labor peniten-  
tię. ⁊ humilis subiectio coronabit  
gloriose. Nunc ergo te inclina hu-  
militer sub omnium manibus. nec sit  
curę quis hoc dixerit uel iusserit. sed  
hoc magnopere curato ut siue pꝛe-  
lat' siue minor aut equalis aliquid  
a te exposcerit uel innuerit. pro bo-  
no totū accipias ⁊ sincera volunta-  
te studeas adimplere. Querat ali-  
us hoc. alius illud: gloriatur ille in  
illo. ⁊ iste in isto: laudeturq; mili-  
es mille: tu autem nec in isto nec in  
illo sed tuiusmodi gaude contēptu: ⁊  
in mei soli' beneplacito ꝓ ac honore.  
Hoc optandū ē tibi: ut siue per vi-  
tam siue per mortem. deus semper  
in te glorificetur.

Qualiter homo desola-  
tus debeat in manus dei  
se offerre Cap. lv.

**D**omine deus sancte pater  
sis nunc ⁊ in eternum be-  
nedictus. quia sicut vis fa-  
ctum est: ⁊ quod facis bonum est.  
Letetur in te seruus tuus. non in se  
nec in aliquo alio: quia tu solus leti-  
ticia vera. tu spes mea ⁊ corona mea  
tu gaudium meum ⁊ honor meus  
dñe. Quid habet seruus tuus nisi  
quod a te accepit etiā sine merito suo?  
Tua sunt omnia que dedisti ⁊ que  
fecisti. Pauper sum ⁊ in laboribus  
meis a iuuentute mea: ⁊ contri-  
statur anima mea nonnumquam vsq; ad  
lachrymas. quandoq; etiam con-  
turbatur ad se propter iminentes  
passiones. Desidero pacis gaudium  
pacem filiorum tuorum flagito qui

in lumine consolationis a te pascun-  
tur. Si das pacem. si gaudium san-  
ctum infundis: erit anima serui tui  
plena modulatiōe ⁊ deuota in lau-  
de tua: Sed si te subtraxeris sicut  
sepissime soles. non poterit curre-  
re viam mandatorum tuorum: sed  
magis ad tundendū pectus genua  
incuruantur: quia non est illi sicut  
beri ⁊ nudius tertius quādo splen-  
debat lucerna tua super caput eius  
⁊ sub vmbra alarum tuarum pro-  
tegebatur a tentationibus irruen-  
tibus. Pater iustus semper laudan-  
de venit hora ut probetur seruus  
tuus. Pater amande dignum est ut  
hora hac patiat' pro te aliquid ser-  
uus tuus. Pater perpetue veneran-  
de venit hora quam ab eterno pꝛe-  
sciebas affuturam ut ad modicum  
temp' succurabat foris seruus tuus.  
vuiat ⁊ semper apud te int'. pau-  
lulum vilipendatur. humilietur: ⁊  
deficiat coram hominibus. passio-  
nibus conteratur ⁊ languoribus. ut  
iterum tecum in auroa nouę lucis  
resurgat ⁊ in celestibus clarificet.  
Pater sancte tu sic ordinasti ⁊ sic  
voluisti: ⁊ hoc factum est quod ipse  
pꝛecepisti. Hęc est enim gratia ad  
amicum tuum. pati ⁊ tribulari in  
mūdo pro amore tuo quotienscūq;  
a quocūq; ⁊ quomodo cūq; id per-  
miseris fieri. Sine consilio ⁊ pui-  
dentia tua ⁊ sine causa nihil fit in  
terra. Bonum mihi domine qd hu-  
miliaſti me ut discam iustificatio-  
nes tuas: ⁊ omnes elationes cor-  
dis atq; pꝛesumptionis abijciam.

Utile mihi q̄ cōfusio cooperuit fa-  
ciem meā ut te poti⁹ q̄ homines ad  
cōsolandū requirā. Didici etiā ex b̄  
inscrutabile iudiciū tuū expauescere  
qui affligis iustū cum impio. sed nō  
sine equitate ⁊ iusticia. Gratias ti-  
bi quia non pepercisti malis meis  
sed attriūisti me verberib⁹ amoris  
infigēs dolores: ⁊ imittens angu-  
stias foris ⁊ intus. Non est qui me  
consoletur ex omnibus que sub celo  
sunt nisi tu dñe deus meus. celestis  
medic⁹ animarū. qui percutis ⁊ sa-  
nas. deducis ad inferos ⁊ reducis.  
Disciplina tua sup me: ⁊ virga tua  
ipsa me docebit. Ecce pater dilecte  
in manib⁹ tuis ego sum. sub virga  
correctionis tuę me inclino. percutere  
dorsum meū ⁊ collū meum ut incur-  
uem ad voluntatē tuā tortuositatē  
meā. Fac me piū ⁊ humilē discipu-  
lum sicut bene facere consueuisti. ut  
ambulem ad omnē nutū tuū. Tibi  
me ⁊ omnia mea ad corrigendum  
cōmēdo. melius est hic corripī q̄ in  
futuro. Tu scis omnia ⁊ singula: ⁊  
nil te latet in humana conscientia.  
Anteq̄ fiant nosti ventura: ⁊ non  
opus est tibi ut quis te doceat aut  
admoneat de his que gerunt in ter-  
ra. Tu scis quid expedit ad p̄fectū  
meū: ⁊ quātū deseruit tribulatio ad  
rubiginē vitioꝝ purgandam. Fac  
mecum desideratū beneplacitū tuū  
⁊ ne despicias peccaminosam vitā  
meā: nulli melius nec clari⁹ q̄ tibi  
soli notam. Da mihi dñe scire quod  
sciendū est. hoc amare quod aman-  
dū est. hoc laudare quod tibi sūme

placet. hoc reputare quod tibi pre-  
ciosum apparet. hoc vituperare qd̄  
oculis tuis sordescit. Nō me sinas  
s̄m visionem oculorū exteriorū iudi-  
care neq; s̄m auditum aurīū hoīū  
impitorū sententiare: sed in iudicio  
vero de visibilibus ⁊ spiritualibus  
discernere. atq; sup omnia volun-  
tatē beneplaciti tui semper inqui-  
rere. Falluntur sepe hoīū sensus in  
iudicādo. fallunt ⁊ amatores seculi  
visibilia tantūmodo amādo. Quid  
est homo inde melior: quia reputat̄  
ab homine maior: Fallax fallacem.  
vanus vanū. cecus cecum. infirmus  
ifirmū. decipit dū exultat: ⁊ veracit̄  
magis confundit. dū inaniter lau-  
dat. Nam quantū vnusquisq; est ī  
oculis tuis. tantū est ⁊ nō amplius  
ait humilis sanctus franciscus.

De humilibus insistentium  
est operibus cum deficitur  
a summis Cap. lvi.

**H**ili non vales semp in fer-  
uentiori desiderio virtutū  
stare nec in altiori gradu  
contemplationis. sed necesse habes  
interdum ob originalem corruptelā  
ad inferiora descendere ⁊ onus cor-  
ruptibilis vite etiam inuite ⁊ cū te-  
dio portare. Q̄ diu mortale corpus  
geris. tediū senties ⁊ grauamē cor-  
dis. Oportet ergo sepe in carne de  
carnis onere gemere. eo q̄ non va-  
les spiritualibus studiis ⁊ diuinę  
contemplationi indefinenter inhe-  
rere. Tunc expedit tibi ad humilia  
⁊ exteriora opera cōfugere ⁊ in bo-  
nis te actibus recreare. aduentum

meū & supernam visitationē firma confidentia expectare, exilium tuū & ariditatem mentis patienter sufferre, donec iterū a me visiteris; & ab omnibus anxietatib⁹ libereris. Nam faciam te laborum obliuisci & interna quiete perfrui. Expandā coram te prata scripturarum, ut dilatato corde currere incipias viam mandatorum meorū, & dices: Non sunt condignę passionēs hui⁹ temporis ad futuram gloriā quę reuelabitur in nobis.

Q. homo non reputet se consolatione dignum sed magis verberibus reum Cap. lviij.

**D**omine non sum dignus cōsolatione tua nec aliqua spiritali visitatiōe, & ideo iuste mecū agis quādo me inopē & desolatū relinquis. Si enim ad instar maris lachrymas fundere possem, adhuc consolatione tua dign⁹ non essem. Unde nihil dignus sum q̄ flagellari & puniri, quia grauiter & sepe te offendi & in multis valde deliqui. Ergo vera pensata ratione nec minima sum dign⁹ cōsolatiōe; sed tu clemens & misericors qui nō vis perire opera tua, ad ostēdendū diuitias bonitatis tuę in vasa misericordię tuę, etiā pręter omne propriū meritū dignaris consolari seruum tuū supra humanum modum. Tuę enim consolationes non sunt sicut humane cōfabulatiōes. Quid egi dñe ut mihi conferres aliquam celestem consolationem? Ego nihil boni me egiſse recolo; sed semp ad

vitia pronū & ad emendationē pigrum fuisse. Verum est & negare nō possum; Si aliter dicerē, tu stares contra me & non esset qui defenderet. Quid merui pro peccatis meis nisi infernum & ignem eternū? In veritate confiteor quoniam dignus sum omni ludibrio & contēptu, nec decet me inter deuotos tuos cōmorari. Et licz hoc egre audiā, tamen aduersum me pro veritate peccata mea arguam, ut facilius misericordiam tuam merear ipetrare. Quid dicam reus & omni confusione plenus? Non habeo os loquendi nisi hoc tm̄ verbum; peccaui dñe peccaui; miserere mei, ignosce mihi. Sine me paululū ut plangam dolorem meū anteq̄ vadam ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine. Et quid tam maxime a reo & misero peccatore req̄ris nisi ut conteratur & humiliet se pro delictis suis? In vera contritione & cordis humiliatione nascitur spes venię, reconciliatur perturbata consciētia reparat̄ gratia pdita, tuetur homo a futura ira; & occurrūt sibi mutuo in osculo sancto deus & penitēs aīa. Humilis peccatorū cōtritiō acceptabile tibi est dñe sacrificiū, longe suauius odorans in cōspectu tuo q̄ thuris incensum. Hoc ē gratū etiā vnguentū quod sacris pedib⁹ tuis infundi voluisti; quia cor contritū & humiliatum nūq̄ despectisti. Ibi est locus refugij a facie irę inimici; ibi emendatur & abluatur quicquid aliunde contractū est & inquinatū.

De gratia que non miscetur ter-  
rena sapientibus Cap. lviii.

**A**gli preciosa est gratia mea.  
non patitur se misceri extra-  
neis rebus nec consolatio-  
nibus terrenis. Abijcere ergo oportet  
omnia impedimenta gratie. si optas  
eius infusionem suscipere. Petite se-  
cretum tibi. ama solus habitare tecum.  
nullius require confabulationem sed  
magis ad deum deuotam effunde pre-  
cem ut compunctam teneas mentem et  
puram conscientiam. Totum mundum  
nihil estima. dei vacationem omni-  
bus exterioribus antepone. Non  
enim poteris mihi vacare et in transi-  
torijs pariter delectari. A notis et  
a charis amicis oportet elongari et  
ab omni temporalis solatio mentem  
tenere priuatam. Sic obsecrat bea-  
tus ap[osto]lus petrus: ut tamquam aduenas  
et peregrinos in hoc mundo se con-  
tineant christi fideles. Quanta fiducia  
erit morituro quem nullius rei affe-  
ctus detinet in mundo. Sed sic segre-  
garum cor habere ab omnibus. eger  
necdum capit animus. nec animalis  
homo nouit interni hominis li-  
bertatem. Attamen si vere velit esse  
spiritualis. oportet eum renunciare tam  
remotis quam propinquis: et a nemine  
magis cauere quam a seipso. Si temet-  
ipsum perfecte viceris. cetera facilius  
subiugabis. Perfecta namque victoria  
est de semetipso triumphare. Qui  
enim semetipsum subiectum tenet. ut  
sensualitas rationi et ratio in cum-  
bris obediat mihi: hic vere victor: est  
sui et dominus mundi. Si ad hunc apicem

scendere gliscis. oportet viriliter in-  
cipere et securim ad radicem ponere  
ut euellas et destruas occultam et in-  
ordinatam inclinationem ad teipsum  
et ad omne priuatum et materiale bo-  
num. Ex hoc vitio quod homo semet-  
ipsum nimis inordinate diligit. pe-  
ne totum pendet quicquid radica-  
liter vincendum est: Quo deuicto et  
subacto malo: pax magna et tran-  
quillitas erit continuo. Sed quis  
pauci sibiipsis perfecte mori labo-  
rant nec plene extra se tendunt. pro-  
pterea in se implicati remanent nec  
supra se in spiritu eleuari possunt.  
Qui autem libere mecum ambulare de-  
siderat. necesse est ut omnes prauas  
et inordinatas affectiones suas mor-  
tificet. atque nulli creature priuato  
amore concupiscenter inheret.

De diuersis motibus nature  
et gratie Cap. lix.

**A**gli diligenter aduerte mo-  
tus nature et gratie. quod val-  
de contrarie et subtiliter mo-  
uentur: et vix nisi a spirituali et inti-  
mo illuminato homine discernuntur.  
Omnes quidem bonum appetunt:  
et aliquid boni in suis dictis uel fa-  
ctis pretendunt: ideo sub specie bo-  
ni multi falluntur. Natura callida  
est et multos trahit illaqueat et de-  
cipit. et se semper pro fine habet: Sed  
gratia simpliciter ambulat. ab om-  
ni specie mala declinat. fallacias non  
pretendit. et omnia pure propter deum agit:  
in quo et finaliter requiescit. Na-  
tura inuite vult mori. nec premi nec  
superari nec subesse nec sponte sub-

iugari: Gratia vero studet mortificatiōi proprię. resistit sensualitati. querit subijci. appetit vinci. nec propria vult libertate fungi. sub disciplina amat teneri. nec alicui cupit dominari. sed sub deo semper viuere stare et esse. atque propter deum omnium humanę creature humiliter parata est inclinari. Natura pro suo comodo laborat et quid lucri ex alio sibi proueniat attendit: Gratia autem non quid sibi vtile et comodo sum sit. sed quod multis proficiat magis considerat. Natura libenter honorem et reuerentiã accipit: Gratia vero omnem honorem et gloriam deo fideliter attribuit. Natura confusionem timet et contemptum: Gratia autem gaudet pro nomine ihesu contumeliã pati. Natura otium amat et quietem corporalem: Gratia autem vacua esse non potest. sed libenter amplectitur laborem. Natura querit curiosa habere et pulchra. et abhorret vilia et grossa: Gratia vero simplicibus delectatur et humilibus. aspera non aspernat. nec vetustis refugit indui panis. Natura respicit temporalia. gaudet ad lucra terrena. tristatur de danno irritatur leui iniurie verbo: Sed gratia attendit eterna. non inheret temporalibus. nec in perditione rerum turbatur. neque verbis durioribus acerbatur. quia thesaurum suum et gaudium in celo ubi nil perit constituit. Natura cupida est et libenter accipit quod donat. amat propria et priuata: Gratia autem pia est et communis. vitat singularia. contentatur paucis. beatius iudicat dare quam accipere.

Natura inclinatur ad creaturas. ad carnem propria. ad vanitatem et discursus: Sed gratia trahitur ad deum et ad virtutes. renunciat creaturis. fugit mundum odit carnis desideria. restringit euagationes. erubescit in publico apparere. Natura libenter aliquid solatiū habet externum in quo delectetur ad sensum: Sed gratia in solo deo querit consolari et in summo bono super omnia visibilia delectari. Natura totum agit propter lucrum et commodum proprium. nihil gratis facere potest. sed aut equale aut melius aut laudem vel fauorem pro benefactoris consequi sperat. et multum ponderari sua gesta et dona percipit: Gratia vero nil temporale querit. nec aliud premium quam deum solum pro mercede postulat. nec amplius de temporalibus necessariis desiderat nisi quantum hec sibi ad assecutionem eternorum valeant deseruire. Natura gaudet de amicis multis et propinquis. gloriatur de nobili loco et ortu generis. arridet potentibus. blanditur diuitibus. applaudit sibi similibus: Gratia autem et inimicos diligit. nec de amicorum turba extollitur. nec locum nec ortum natalium reputat nisi virtus maior ibi fuerit. fauet magis pauperi quam diuiti. compatitur plus innocenti quam potenti. congaudet veraci non fallaci. exhortatur semper bonos meliora carissimata emulari et filio dei per virtutes assimilari. Natura de defectu et molestia cito conqueritur: Gratia constanter fert inopiam. Natura omnia ad se reflectit. pro se certat et arguit: Gratia autem ad deum cuncta reducit

unde originaliter emanat. nihil bo-  
 ni sibi ascribit nec arroganter pre-  
 sumit. non contedit nec suam sententi-  
 am alijs preferit. sed in omni sensu et  
 intellectu eterne sapiencie ac diuino  
 examini se submittit. Natura appe-  
 tit scire. et noua secreta audire. vult  
 exterius apparere et multa per sensus  
 experiri. desiderat agnosci. et agere  
 unde laus et admiratio procedit. Sed  
 gratia non curat noua nec curiosa  
 percipere. quia totum hunc de vetustate cor-  
 ruptionis est ortum. cum nihil nouum et  
 durabile sit super terram. Docet itaque  
 sensus restringere. vanam complacen-  
 tiam et ostentationem deuitare. laudan-  
 da et digne miranda humiliter ab-  
 scondere. et de omni re et de omni sci-  
 entia utilitatis fructum atque dei lau-  
 dem et honorem querere. Non vult se  
 nec sua predicari. sed deum in donis suis  
 optat benedici. qui cuncta ex mera  
 charitate largitur. Hec gratia super-  
 naturale lumen et quoddam dei specia-  
 le donum est. et proprie electorum signa-  
 culum et pignus salutis eterne; que ho-  
 minem de terrenis ad celestia aman-  
 da sustollit. et de carnali spiritualis  
 efficit. Quanto igitur natura amplius  
 premitur et vincitur. tanto maior gra-  
 tia infunditur. et quotidie nouis visi-  
 tationibus interior homo secundum ima-  
 ginem dei reformatur.

De corruptione nature et effica-  
 cia gratie diuine Cap. lx.

**D**omine deus meus qui me  
 creasti ad imaginem et simi-  
 litudinem tuam. concede mihi  
 hanc gratiam quam ostendisti mihi tam

magnam et necessariam ad salutem ut  
 vincam pessimam naturam meam tra-  
 hentem ad peccata et in perditionem.  
 Sentio enim in carne mea legem pec-  
 cati contradicentem legi mentis mee  
 et captiuum me ducentem ad obediendum  
 sensualitati in multis. nec possum re-  
 sistere passionibus eius. nisi assistat  
 tua sanctissima gratia cordi meo ar-  
 denter infusa. Opus est gratia tua  
 et magna gratia ut vincatur natura  
 ad malum semper prona ab adolescentia  
 sua. Nam per primum hominem adam  
 lapsa et vitata per peccatum. in omnes  
 homines pena huius macule descen-  
 dit. ut ipsa natura que bona et recta  
 a te condita fuit. pro vitio iam et in-  
 firmitate corrupte nature ponatur. eo  
 quod motus eius sibi relictus ad ma-  
 lum et inferiora trahatur. Nam modi-  
 ca vis que remansit est tanquam scintilla  
 quedam latens in cinere. Hec est ipsa  
 ratio naturalis circumfusa magna ca-  
 ligrine adhuc iudicium habens bo-  
 ni et mali; veri falsique distantiam. licet  
 impotens sit adimplere omne quod ap-  
 probat. nec pleno iam lumine veri-  
 tatis nec sanitate affectionum suarum  
 potatur. Hinc est deus meus quod con-  
 delector legi tue secundum interiorum ho-  
 minem. sciens mandatum tuum fore  
 bonum. iustum et sanctum; arguens  
 etiam omne malum et peccatum fugi-  
 endum. carne autem seruo legi peccati  
 dum magis sensualitati obedio quam  
 rationi. Hinc est quod velle bonum mihi ad-  
 iacet. perficere autem non inuenio. Hinc  
 sepe multa bona propono. sed quia gratia  
 deest ad adiuuandum infirmitatem meam

ex leui resistantia resilio ⁊ deficio. Hinc accidit q̄ viam perfectionis agnosco. ⁊ qualiter agere debeam clare satis video. sed proprie corruptionis pondere pressus ad perfectiora non asurgo. **Q**uod maxime est mihi necessaria domine gratia tua ad inchoandum bonum. ad proficiendum ⁊ ad perficiendum. Nam sine ea nihil possum facere. omnia autem possum in te. confortante me gratia. **Q**uod vere celestis gratia sine qua nulla sunt propria merita. nulla quicquid dona nature ponderanda. Nihil artes. nihil diuitie. nihil pulchritudo uel fortitudo. nihil ingenium uel eloquentia valent apud te domine sine gratia. Nam dona nature bonis ⁊ malis sunt communia. electorum autem proprium donum est gratia siue dilectio qua insigniti digni habentur vita eterna. **L**atum eminet hec gratia ut nec donum prophetie nec signorum operatio nec quatalibet alta speculatio aliquid estimetur sine ea. **S**ed neque fides neque spes neque alie virtutes tibi accepte sunt sine charitate ⁊ gratia. **O** beatissima gratia que pauperem spiritu virtutibus diuitem facis. ⁊ diuitem multis bonis humile corde reddis: veni descende ad me. reple me mane consolatioe tua. ne deficiat pre lassitudine ⁊ ariditate mentis anima mea. **O**bscuro domine ut inueniam gratiam in oculis tuis. sufficit enim mihi gratia tua. ceteris non obtentis que desiderat natura. **S**i fuero tetatus ⁊ vexatus tribulationibus multis. non timebo mala. dum mecum fuerit gratia tua. Ipsa fortitudo mea. ipsa

consilium confert ⁊ auxilium. **L**uctis hostibus potentior est ⁊ sapientior vniuersis sapientibus. **M**agistra est veritatis. doctrix discipline. lumen cordis. solamen pressure. fugatrix tristitie. ablatrice timoris. nutritrix deuotionis. productrix lachrymarum. **Q**uid sum sine ea nisi aridum lignum ⁊ stipis inutilis ad efficiendum? **L**ua ergo me domine gratia semper preueniat ⁊ sequatur. ac bonis operibus iugiter prestet esse intentum. per ihesum christum filium tuum. Amen.

**Q**uod nos ipsos abnegare ⁊ christum imitari debemus per crucem **Cap. lxx.**

**A**gli quantum a te vales exire: tantum in me poteris transire. **S**icut nihil foris concupiscere internam pacem facit. sic se interiorius relinquere deo coniungit. **V**olo te addiscere perfectam abnegationem tuam in voluntate mea sine contradictione ⁊ querela. **S**equere me. ego sum via. veritas ⁊ vita. **S**ine via non itur. sine veritate non cognoscitur. sine vita non viuunt. **E**go sum via quam sequi debes. veritas cui credere debes. vita quam sperare debes. **E**go sum via inuiolabilis. veritas infallibilis. vita interminabilis. **E**go sum via rectissima. veritas suprema. vita vera. vita beata. vita increata. **S**i manseris in via mea. cognosces veritatem. ⁊ veritas liberabit te ⁊ apprehendes vitam eternam. **S**i vis ad vitam ingredi. serua mandata. **S**i vis veritatem cognoscere. crede mihi. **S**i vis perfectum

esse. vende omnia. Si vis esse disci-  
pulus meus. abnega te ipsum. Si  
vis beatam vitam possidere. presentem  
vitam contemne. Si vis exaltari in  
celo. humiliam te in mundo. Si vis  
regnare mecum. porta crucem mecum.  
Soli enim serui crucis inueniunt  
viam beatitudinis et vere lucis. Domine  
Iesu xpe quia ardua est via tua et mundo  
despecta. dona mihi tecum mundi de-  
spectum imitari. Non enim maior est  
seruus domino suo nec discipulus super  
magistrum. Exerceat seruus tuus in  
vita tua. quia ibi est salus mea et san-  
citas vera. Quicquid extra eam lego  
uel audio. non me recreat nec dele-  
ctat plene. Fili quia hec scis et legi-  
sti omnia. beatus eris si feceris ea.  
Qui habet mandata mea et seruat  
ea. ipse est qui diligit me. et ego dili-  
gam eum et manifestabo ei meipsum:  
et faciam eum co-sedere mecum in regno  
patris mei. Domine igitur sicut dixisti et  
promisisti. sic utique mihi promereri  
contingat. Suscepi de manu tua  
crucem. portabo eam usque ad mortem  
sicut imposuisti mihi. Vere vita boni  
monachi crux est. sed dux paradisi.  
Inceptum est. retro abire non licet.  
nec relinquere oportet. Eya fratres  
pergamus simul. Iesus erit nobiscum.  
Propter Iesum suscepimus hanc crucem.  
propter Iesum perseveremus in cruce.  
Erit adiutor noster qui est dux no-  
ster et precessor. En rex noster ingre-  
ditur ante nos: qui pugnabit pro  
nobis. Sequamur viriliter. nemo  
metuat terrores. sumus parati mori  
fortiter in bello. nec inferamus cri-

me glorie nostre ut fugiamus a cruce.

Quod homo non sit nimis  
deiectus quam in aliquos la-  
bit defectus Cap. lxxij.

**H**uius magis placet mihi pa-  
tientia et humilitas in ad-  
uersis quam multa consolatio  
et deuotio in prosperis. Ut quid te  
contristat paruulum factum contra te di-  
ctum? Si amplius fuisset. commoueri  
non debuisses. sed nunc dimitte transi-  
re. non est primum nec nouum. nec vl-  
timum erit si diu vixeris. Satis vi-  
rilis es: quod diu nil obuiat aduersi.  
bene etiam consulis. et alios nosti  
roborare verbis: sed cum ad ianuam  
tua venit repentina tribulatio. de-  
ficias consilio et robore. Attende ma-  
gnam fragilitatem tuam quam se-  
pius experiris in modicis obiectis  
Tamen pro salute tua ista sunt: Cum  
hec et similia contingunt: Donec ut  
melius nosti ex corde: et si te tetigit  
non tamen deiciat nec diu implicet:  
Ad minus sustine patienter. si non  
potes gaudenter: Etiam si minus li-  
benter audis et indignationem sen-  
tis: Reprime te. nec patiaris aliquid  
inordinatum ex ore tuo exire unde  
paruuli scandalizentur. Cito con-  
quiescet commotio excitata: et dolor  
internus reuertente gratia dulcora-  
bitur. Adhuc viuus ego dicit dominus. iu-  
uare te paratus et solito amplius con-  
solari si confisus fueris mihi et de-  
uote inuocaueris. Animum quiescentem  
et ad maiorem sustentiam accingere.  
Non est totum frustratum si te se-  
pius percipis tribulatum uel gra-



uiter tentatū. Homo es ⁊ non de⁹. caro es ⁊ non angelus. Quomodo tu posses semp in eodem statu virtutis permancere. quādo hoc defuit angelo i celo ⁊ pmo homini i paradiso: qui nō diu steterūt? Ego sum qui merentes erigo sospitate: ⁊ suā cognoscentes infirmitatem ad meā pueho diuinitatē. Dñe benedictum sit verbum tuum. dulce super mel ⁊ fauū ori meo. Quid facerē i tantis tribulationibus ⁊ angustiis meis nisi me cōfortares tuis sanctis sermonib⁹? Dñmodo tandē ad portū salutis perueniā. quid cure est que ⁊ quanta passus fuero? Da finē bonum. da felicem ex hoc mūdo trāsītum. Memento mei deus meus: ⁊ dirige me recto itinere in regnum tuum. Amen.

De altioribus rebus ⁊ occultis iudicijs dei non scrutandis  
Cap. lxiij.

**A**gli caueas disputare de altis materijs ⁊ de occultis dei iudicijs. Cur iste sic relinquitur ⁊ ille ad tantā gratiā assumit: cur etiā iste tantū affligit ⁊ ille tam eximie exalta? Ista omnē humanā facultatē excedunt. nec ad iuestigādū iudiciū diuinū vlla ratio preualet uel disputatio. Quādo ergo hec tibi suggerit inimic⁹ uel etiā quidā curiosi inquirunt homines: respōde illud pphete: Iust⁹ es dñe ⁊ rectū iudiciū tuū. Et illud: Iudicia dñi vera iustificata in semet ipsa. Iudicia mea metuenda sūt nō discutienda. quia humano intelle-

ctui sunt incōprehensibilia. Noli etiā inquirere uel disputare de meritis sanctorum quis alio sanctior aut quis maior fuerit in regno celorum. Talia generant sepe lites ⁊ cōtentiōes inutiles. nutriūt quoq; superbiam ⁊ vanam gloriā. vnde oriuntur inuidie ⁊ dissensiones. dum iste illum sanctum ⁊ alius alium conatur superbe preferre. Talia autē velle scire ⁊ inuestigare. nullū fructū afferūt. s; magis sanctis displicēt: quia nō sum deus dissensionis sed pacis: que pax magis in humilitate vera q̄ in propria exaltatione consistit. Quidam celo dilectionis trabunt ad hos uel ad illos ampliori affectu. sed humano poti⁹ q̄ diuino. Ego sum qui cūctos condidi sanctos. ego donavi grām. ego prestiti gloriā. ego noui singulorū merita. ego preueni eos in benedictiōib⁹ dulcedinis meę. ego p̄sciui dilectos ante secula. ego eos elegi de mūdo: non ipsi me preelegerūt. ego vocaui p gratiā. attraxi p misericordiā. ego p̄duri eos p tentationes varias. ego infudi cōsolatiōes magnificas. ego dedi p̄seuerantiā. ego coronaui cor̄ patientiam. ego primū ⁊ nouissimū agnosco. ego oēs incōestimabili dilectiōe amplector. ego laudāndus sū in oib⁹ sanctis meis. ego sup oia benedicēdus sū ⁊ honorādus i singulis: q̄s sic gloriose magnificaui ⁊ predestinaui sine vllis precedentibus proprijs meritis. Qui ḡ vnū de minimis meis contempserit. nec magnū honorat: q; pusillū ⁊ magnū ego feci.

Et qui derogat alicui sanctorū. de-  
rogat mihi et ceteris omnib' in re-  
gno celozū. Omnes vnū sunt p' cha-  
ritatis vinculū. idem sentiunt. idē  
volunt. et omnes in vnū se diligūt.  
Adhuc autē quod multo altius est.  
plus me q̄ se et sua merita diligunt.  
Nam supra se rapti et extra propriā  
dilectionē tracti. toti in amorē mei  
pergūt. in quo et fruiuē quiescunt.  
Nihil est quod eos auertere possit  
aut deprimere. quippe q̄ eterna ve-  
ritate pleni igne ardescunt inextin-  
guibilis charitatis. Taceāt igitur  
carnales et animales hoies de san-  
ctorū statu differere. qui non norunt  
nisi priuata gaudia diligere. Demūt  
et addunt pro sua inclinatione. non  
put placet eterne veritati. In mul-  
tis est ignorantia. eozū maxime qui  
parū illuminati raro aliquē pfecta  
dilectione spirituali diligere norūt.  
Alii adhuc naturali affectu et hu-  
mana amicitia ad hos uel ad illos  
trahūt. et sicut in inferiorib' se ha-  
bent. ita et de celestib' imaginant.  
Sed ē distantia incōparabilis que  
imperfecti cogitant et que illuminati  
viri p' reuelationē supnā speculant.  
Caue g' filii de istis curiose tractare  
que tuā scientiā excedūt. sed h' ma-  
gis satage et intende ut uel minimi  
in regno dei queas inueniri. Et si  
quispiā sciret q̄s alio sanctior esset.  
uel maior habere in regno celoz.  
quid ei hęc noticia prodesset. nisi se  
ex hac cognitione corā me humili-  
aret. et in maiorē nominis mei lau-  
dem exurgeret? Alio acceptius

deo facit. qui de peccatorū suoz ma-  
gnitudine et virtutū suarū paruita-  
te cogitat: et q̄ lōge a sanctorū per-  
fectione distat. q̄ is q̄ de eoz maio-  
ritate uel paruitate disputat. **Me-**  
lius ē sanctos deuotis precib' et la-  
chrymis exorare et eoz gloriosa suf-  
fragia humili mente implorare. q̄  
eoz secreta vana inquisitione pscru-  
tari. Illi bene et optime contentant  
si homines scirent contentari et va-  
niloquia sua cōpescere. Non glori-  
antur de pprijs meritis. quippe qui  
sibi nil bonitatis ascribūt. sed totū  
mihi. quoniam ipsis cuncta ex infi-  
nita charitate mea donauit. Tanto  
amore diuinitatis et gaudio super-  
effluenti replent. ut nihil eis desit  
glorie. nihilq; possit deesse felicita-  
tis. **De** sancti quanto altiores in  
gloria. tanto humiliores in seipsis  
et mihi viciniore et dilectiores exi-  
stūt. Ideoq; habes scriptum: quia  
mittebant coronas suas ante deum  
et ceciderunt in facies suas coram  
agno et adorauerūt uiuentē in secu-  
la seculorum. Alii quidem que-  
rūt quis maior sit in regno dei. qui  
ignorant an cum minimis erunt di-  
gni cōputari. **M**agnū est uel mini-  
mum esse in celo. vbi omnes magni  
sunt: quia omnes filij dei vocabunt  
et erunt. **M**inimus erit in mille: et  
peccator centum annoz moriet. Cū  
enim quererēt discipuli quis maior  
esset in regno celoz. tale audierunt  
responsum: **N**isi cōuersi fueritis et  
efficiamini sicut paruuli. nō intra-  
bitis in regnū celoz. Quicūq; ergo

humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorum. Ne eis qui cum paruulis humiliare se sponte dedignantur. quoniam humilis ianua regni celestis eos non admittet intrare. Ne etiam diuitibus qui habent hic consolationes suas. quia pauperibus intrantibus in regnum dei ipsi stabunt foras ciuitates. Gaudete humiles et exultate pauperes. quia uestrum est regnum dei. si tamen in veritate ambulatis.

Omnis spes et fiducia in solo deo est figenda. Cap. lxxiiij.

**D**omine que est fiducia mea quam in hac vita habeo: aut quod maius solatiu meum et omnibus apparentibus sub celo? Nonne tu domine deus meus cuius misericordie non est numerus? Ubi mihi bene fuit sine te: aut quando male esse potuit presente te? Malo pauper esse propter te quam diues sine te. Eligo potius tecum in terra peregrinari quam sine te celum possidere. Ubi tu ibi celum. atque ibi mors et infernus ubi tu non es. Tu mihi in desiderio es. et ideo post te gemere et clamare et exorare necesse est. In nullo denique possum plene confidere qui in necessitatibus auxilietur opportunis nisi in te solo deo meo. Tu es spes mea et fiducia mea. tu consolator meus et fidelissimus in omnibus. Omnes que sua sunt querunt. tu salutem meam et profectum meum solummodo pretendis. et omnia in bonum mihi conuertis: etiam si varijs tentationibus et aduersitatibus exponas: Hoc totum ad utilitatem meam ordinas: qui mille

modis dilectos tuos probare consueuisti. In qua probatione non minus diligere debes et laudari. quam si celestibus consolationibus me repleres. In te ergo domine deus pono totam spem meam et refugium. in te omnem tribulationem et angustiam meam constituo. quia totum infirmum et instabile inuenio quicquid extra te conspicio. Non enim perderunt multi amici. neque fortes auxiliari adiuuare poterunt. neque prudentes consilium responsum utile dare. neque liber doctorum consolari. nec aliqua preciosa substantia liberare. nec locus aliquis secretus contutari si tu ipse non assistas. iuues. confortes. consolers. instruas: et custodias. Omnia namque que ad pacem videntur esse et felicitatem habendam. te absente nihil sunt. nihilque felicitatis in veritate conferunt. Finis ergo omnium bonorum et altitudo vite et profunditas eloquiorum tu es. et in te super omnia sperare fortissimum solatiu seruatorum tuorum. Ad te sunt oculi mei. in te confido deus meus misericordiarum pater. Benedic et sanctifica animam meam benedictione celesti: ut fiat habitatio sancta tua et sedes eterne glorie tue: nihilque in templo tue dignitatis inueniat quod oculos tue maiestatis offendat. Secundum magnitudinem bonitatis tue et multitudinem miserationum tuarum respice in me et exaudi orationem pauperis serui tui longe exulantis in regione umbrę mortis. Protege et conserua animam seruuli tui in tot discrimina vite corruptibilis. ac comitante gratia tua dirige per viam

pacis ad patriam perpetue claritatis.

Explicit liber tertius

Incipit quartus

Deuota exhortatio ad sacramentum  
corporis christi communionem. Vox christi.

**V**enite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos dicit dominus. Pannis que ego dabo. caro mea est pro mundi vita. Accipite et comedite hoc est corpus meum: quod pro vobis tradet. Hoc facite in meam commemorationem. Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo. Verba que ego locutus sum vobis. spiritus et vita sunt.

Cum quanta reuerentia christus sit  
suscipiendus. Cap. i.

**H**ec sunt verba tua christe veritas eterna. quibus non vno tempore. plata nec vno in loco conscripta. Quia ergo tua sunt verba grata mihi et fideliter cuncta sunt accipienda. Tua sunt et tu ea protulisti: et mea que sunt que pro salute mea edidisti. Libenter suscipio ea ex ore tuo. ut articuli inferantur cordi meo. Excitant me verba tante pietatis plena dulcedinis et dilectionis: sed terret me delicta propria. et ad capiendam tanta mysteria me reuerberat impura consciencia. Prouocat me dulcedo verborum tuorum sed onerat me multitudo vitiorum meorum. Iubes ut fiducialiter ad te accedam si tecum velim habere partem. ut immortalitatis accipiam alimoniam si eternam cupiam obtinere vitam et gloriam. Venite inquit ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam

vos. O dulce et amicabile verbum in aure peccatoris. quod tu domine deus meum egenum et pauperem inuitas ad coionem tui sanctissimi corporis. Sed quis ego sum domine ut ad te presumam accedere? Ecce celi celorum te non capiunt. et tu dicis: venite ad me omnes. Quid sibi vult ista piissima dignatio et tanta amicabile inuitatio? Quomodo ausus ero venire. quod nihil boni mihi conscius sum? Unde possum presumere? Quomodo te introducam in domum meam. qui sepe peccati offendi benignissimam faciem tuam. Reuerentem angeli et archangeli. metuunt sancti et iusti. et tu dicis: venite ad me omnes. Nisi tu domine hoc diceres. quis verum esse crederet: et nisi tu iuberet. quis accedere atteteret? Ecce noe vir iustus in archa fabrica centum annis laborauit ut cum paucis saluaretur: et ego quomodo me potero vna hora preparare ut mundi fabricatorem cum reuerentia sumam? Moyses famulum tuum magni et specialis amicum tuum archam ex lignis imputribilibus fecit quam et mundissimo vestiuit auro ut tabulas legis in eis reponeret: et ego putrida creatura audebo te conditorum legis ac vite datorum tam facile suscipere. Salomon sapientissimus regum israel magnificum templum septem annis in laudem nominis tui edificauit. et octo diebus festum dedicationis eius celebravit. mille hostias pacificas obtulit. et archam federis clangore buccinarum et iubilo in locum sibi preparatum solenniter collocavit: et ego infelix et pauperrimus hominum quomodo te in domum meam introducama: qui vix mediam expendere deuote

noni horā: et utinā nel semel digne  
 fere mediā: **D**omi de' quātū illi ad  
 placēdū tibi agere studuerūt. **H**eu  
 q̄ pusillū est qd̄ ago. q̄ breue expleo  
 tempus cū me ad coicādū dispono.  
 raro tot' collect' rarissime ab oī di-  
 stractiōe purgat'. **E**t certe i tua sa-  
 lutari deitatis p̄sentia nulla de-  
 beret occurrere indecēs cogitatio:  
 nulla etiā occupare creatura. qz nō  
 angelū s; angeloz dñm suscepturus  
 sum hospitio. **E**st tñ valde magna  
 distātia inter archā federis cū suis  
 reliquijs: et mūdissimū corp' tuū cū  
 suis ineffabilib' virtutib'. inter le-  
 galia illa sacrificia futuroz p̄figu-  
 rativa. et verā tui corpis hostiā oīuz  
 antiquoz sacrificiozū cōpletuam.  
**Q**uare igit' nō magis ad tuā vene-  
 rabilē inardesco p̄sentia: cur non  
 maiori me p̄paro sollicitudine ad  
 tua sancta sumenda. qm̄ illi antiqui  
 sancti patriarche et prophete reges  
 qz et principes cū vniuerso populo  
 tātū deuotiōis demōstrarūt affectū  
 erga cultū diuinū. **S**altauit deuo-  
 tissim' rex dauid corā archa dei to-  
 tis viribus. recolēs beneficia olim  
 i dulta patrib'. fecit diuersi generis  
 organa. psalmos edidit et cātari in-  
 stituit. cū leticia cecinit. et ipse fre-  
 quenti i cithara spirit' sancti afflat'  
 gratia docuit populum israel toto  
 corde deū laudare et ore cōsono die-  
 bus singulis benedicere et p̄dicare  
**S**i tanta agebat tūc deuotio ac di-  
 uine laudis extitit recordatio corā  
 archa testamēti: quāta nūc mibi et  
 oī populo xp̄iano habenda est reue-

rentia et deuotio in p̄sentia sacra-  
 menti. in sūptiōe excellētissimi cor-  
 poris xp̄i: **C**urrūt multi ad diuersa  
 loca p̄ visitādis reliquijs sanctorū  
 et mirant' auditis gestis eoz. ampla  
 edificia tēploz inspiciūt: et osculant'  
 sericis et auro inuoluta sacra ossa  
 ipsorum: **E**t ecce tu p̄sens es hic  
 apud me in altari de' meus sanctus  
 sanctorū creato: oīuz et dñs ange-  
 loz. **S**epe in talib' vidēdis est cu-  
 riositas hoīuz et nouitas inuisoz: et  
 modicus reportatur emendationis  
 fructus. maxime vbi est tam leuis  
 sine vera contritiōe discursus. **H**ic  
 autē in sacramēto altaris tot' p̄-  
 sens es deus me' homo xp̄s ihs. vbi  
 et copiosus percipitur eterne salutis  
 fructus quotienscūqz fueris digne  
 ac deuote suscept'. **A**d istud nō  
 trahit leuitas aliqua nec curiositas  
 aut sensualitas. sed firma fides. de-  
 uota spes et sincera charitas. **D**i-  
 uisibilis conditor mundi deus q̄  
 mirabiliter agis nobiscū. q̄ suauit'  
 et gratiose cum electis tuis dispo-  
 nis: quibus temetipsum in sacra-  
 mento sumendum proponis. **H**oc  
 nāqz omnē intellectū superat. hoc  
 specialiter deuotozū corda trahit:  
 et accendit affectum. **I**psi enim veri  
 fideles tui qui totā vitam suam ad  
 emendationē disponunt. ex hoc di-  
 gnissimo sacramento magnam de-  
 uotionis gratiam et virtutis amorē  
 frequenter recipiūt. **Q**uā mirabilis  
 et abscondita gratia sacramēti quā  
 norūt tm̄ xp̄i fideles: infideles aut' et  
 peccat' seruiētes experiri nō possūt.

In hoc sacramento confertur spiritualis gratia. et reparatur in anima virtus amissa: et per peccatum deformata redit pulchritudo. Tanta est aliquando haec gratia. ut ex plenitudine collatae deuotionis non tantum mens sed et debile corpus vires sibi prestitas sentiat ampliores. Dolendum tamen valde et miserandum super tepiditate et negligentia nostra. quod non maiori affectu trahimur ad Christum sumendum: in quo tota spes saluandorum consistit et meritum. Ipse enim est sacrificatio nostra et redemptio ipse consolatio viatorum et sanctorum eterna fruitio. Dolendum itaque valde quod multi tam parum hoc salutare mysterium aduertunt. quod caelum letificat et mundum conseruat vniuersum. Deum cecitas et duritia cordis humani. tam ineffabile donum non magis attendere et ex quotidiano usu etiam ad inaduertentiam defluere. Si enim hoc sanctissimum sacramentum in vno tantum celebraretur loco et ab vno tantum consecraretur sacerdote in mundo. quanto putas desiderio ad illum locum et talem dei sacerdotem homines afficerentur. ut diuina mysteria celebrare audirent? Nunc autem multi facti sunt sacerdotes. et in multis locis offertur Christus. ut tanto maior appareat gratia et dilectio dei ad hominem. quanto latius est sacra communio diffusa per orbem. Gratias tibi bone ihesu pastor eterne quae nos pauperes et erules dignatus es precioso corpore et sanguine tuo reficere: et ad haec mysteria percipienda etiam proprii oris tui alloquio inuitare. dicendo: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati

estis et ego reficiam vos.

Quae magna bonitas et charitas dei in sacramento exhibetur homini

Cap. ii.

**S**uper bonitate tua et magna misericordia tua domine confusus accedo eger ad saluatorem. esuriens et sitiens ad fontem vitae. egenus ad regem caeli. seruus ad dominum. creatura ad creatorem. desolatus ad meum patrum consolatorem. Sed vnde mihi hoc ut venias ad me? Quis ego sum ut prestes mihi teipsum? Quomodo audet peccator coram te apparere? Et quomodo tu dignaris ad peccatorem venire? Tu nosti seruum tuum et scis quia nil boni in se habet vnde hoc illi prestes? Confiteor igitur vilitatem meam. agnosco bonitatem tuam. laudo pietatem. et gratias ago propter nimiam charitatem. Propter te metipsum enim hoc facis: non propter mea merita. ut bonitas tua mihi magis innotescat. charitas amplior ingeratur. et humilitas perfectius commendetur. Quia ergo tibi hoc placet et sic fieri iussisti. placet et mihi dignatio tua. et vtinam iniquitas mea non obsistat. O dulcissime et benignissime ihesu. quanta tibi reuerentia et gratiarum actio cum perpetua laude pro susceptione sacri corporis tui debetur. cuius dignitatem nullus hominum explicare potens inuenitur. Sed quid cogitabo in hac communione. in accessu ad dominum meum quem debite venerari nequeo et tamen deuote suscipere desidero? Quid cogitabo melius et salubrius nisi meipsum

totaliter humiliando corā te ⁊ tuā infinitam bonitatē exaltādo supra me. Laudo te deus me⁹ ⁊ exalto in eternū. Despicio me; ⁊ subiicio tibi in profundū vilitatis meę. Ecce tu sanct⁹ sanctorū; ⁊ ego sordes peccatorū. ⁊ tu inclinas te ad me. q̄ nō sū dign⁹ ad te respicere. Ecce tu venis ad me. tu vis esse mecum. tu inuitas ad conuinū tuū. tu mihi dare vis celestē cibum; ⁊ panem angelorū ad manducādū. non aliū sane q̄ teipsū panē viuū; qui de celo descēdisti ⁊ das vitā mūdo. Ecce vnde dilectio p̄cedit. qualis dignatio illucescit. q̄ magnę gratiarū actiones ⁊ laudes tibi p̄ his debent. **Q**uā salutare ⁊ vtile cōsiliū tuū cū istud instituisti. q̄ suauē ⁊ iocundū cōuinū cum te. ipsum in cibū donasti. **O** q̄ admirabilis operatio tua dñe. q̄ potens virt⁹ tua. q̄ infallibilis veritas tua. Dixisti enim ⁊ facta sūt oīa; ⁊ hoc factū est qđ ipse iussisti. **A**dira res ⁊ fide digna ac humanū vincēs intellectū q̄ tu dñe deus meus verus deus ⁊ homo sub modica specie panis ⁊ vini integer contineris ⁊ sine cōsūptione a sumente māducaris. Tu dñe vniuersorū qui nullius habes indigētā. voluisti p̄ sacramētū tuū habitare in nobis. conserua cor meū ⁊ corpus meū imaculatū ut lecta ⁊ pura consciētia sepi⁹ valeā tua celebrare mysteria ⁊ ad meā perpetuā accipe salutē; que ad tuū p̄cipue honorē ⁊ memoriale perbenne sancti ⁊ instituisti. **L**ectare anima mea ⁊ gratias age deo. p̄ tam nobili

munere ⁊ solatio singulari in hac lachrymarū valle tibi relicto. **N**am quotiēs hoc mysteriū recolis ⁊ xp̄i corp⁹ accipis. totiens tuę redēptionis opus agis; ⁊ particeps oīū meritorum xp̄i efficeris. **C**haritas etenim xp̄i nūq̄ minuit. ⁊ magnitudo p̄pitiatiōis eius nūq̄ exhaurit. **I**deo noua semp̄ mētis renouatiōe ad h̄ disponere te debes. ⁊ magnū salutis mysteriū attenda cōsideratione pensare. **I**ta magnū nouū ⁊ iocundū tibi videri debet cum celebras aut missam audis. ac si eodem die xp̄s primū in vterū virginis descendēs homo fact⁹ esset; aut i cruce pendens pro salute hoīū pate- retur ⁊ moreretur.

**Q**uod vtile sit sepe cōmunicare **Cap. iij.**

**E**cce ego venio ad te dñe ut bene mihi sit ex munere tuo ⁊ letificer in cōuinio sancto tuo qđ parasti in dulcedine tua pauperi deus. **E**cce in te ē totū quod desiderare possum ⁊ debeo. tu salus mea ⁊ redēptio. spes ⁊ fortitudo. decus ⁊ gloria. **L**etifica ergo hodie animā serui tui. qm̄ ad te dñe ih̄u animā meā leuam. **D**esidero te nūc deuote ac reuerenter suscipere. cupio te in domū meā introducere. quaten⁹ cū c̄acheo merear a te benedici ac inter filios abrahe cōputari. **A**nima mea corpus tuū cōcupiscit. cor meū tecū vniri desiderat. **T**ra- de te mihi ⁊ sufficit. **N**am p̄ter te nulla cōsolatio valet. sine te esse ne- queo. ⁊ sine visitatiōe tua viuere nō.

valeo. Ideoque oportet me frequent  
ad te accedere et in remedium salutis  
mee recipe: ne forte deficiam in via si  
fuero celesti fraudat' alimonia. Sic  
enim tu misericordissime ihu predicās  
populis et varios curās languores  
aliqui dixisti: Nolo eos ieiunos di-  
mittere in domū suā ne deficiāt in via  
Age igit' hoc modo mecum qui te pro  
fidelium cōsolatiōe in sacramēto reli-  
quisti. Tu es enim suavis refectio  
anime. et qui te digne māducauerit  
particeps et heres erit eterne glorie  
Necessarium quidem mihi est qui tam  
sepe laboro et pecco. tā cito torpescō  
et deficio. ut p frequētes orationes et  
cōfessiones et sacrā tui corporis pce-  
ptionē me renouem. mundem: et ac-  
cendā. ne forte diutius abstinēdo a  
sancto pposito defluā. Proxi enim  
sunt sensus hoīs ad malū ab adole-  
scentia sua: et nisi succurrat diuina  
medicina. labit hō mox ad peiora.  
Retrahit ḡ sancta cōmunio a malo  
et cōfortat in bono. Si enim modo  
tam sepe negligens sum et tepid' qm  
cōmunico aut celebzo: quid fieret si  
medelā nō sumerē et tā grāde iuua-  
mē nō quererē? Et licz omni die nō  
sim apt' nec ad celebrādū bene dis-  
posit'. dabo tñ operā cōgruis tem-  
poribus diuina percipe mysteria ac  
tante gratie participē me exhibere.  
Nā hęc est vna principalis fidelis  
anime cōsolatio q̄ diu peregrinat'  
a te in mortali corpore. ut sit sepi' me-  
mor dei sui. dilectū suū deuota susci-  
piat mēte. Mira circa nos tuę pi-  
etatis dignatio q̄ tu dñe de' creator et

viuificator: oīus spiritū ad pauper-  
culā dignaris venire animā et cū tota  
deitate tua ac humanitate ei' ipin-  
guare esuriē. **D** felix mens et beata  
anima que te dñm deū suū meret de-  
uote suscipe et in tua susceptiōe spi-  
ritali gaudiō repleti. **D** q̄ magnū  
suscipit dñm. q̄ dilectū inducit ho-  
spitē. q̄ iocūdū recipit sociū. q̄ fide-  
lē acceptat amicū. q̄ speciosū et no-  
bilē amplectit' sponsū. p̄ oībus di-  
lectis et sup oīa desiderabilia aman-  
dū. **S**ileāt a facie tua dulcissime di-  
lecte me' celū et terra et oīs ornatus  
eorū. qm quicquid laudis habent ac  
decoris ex dignatione tuę est largi-  
tatis: nec ad decorē tui pueniēt no-  
minis: cui' sapientię nō est nuicr'.

**D** multa bona prestant' deuote  
cōmunicantibus **Cap. iiii.**

**D**omine de' me' p̄ueni ser-  
uū tuū in benedictiōib' dul-  
cedinis tuę ut ad tuū ma-  
gnificū sacramentū digne ac deuote  
merear accedere. Excita cor meū  
in te: et a graui torpore exue me. Vi-  
sita me in salutari tuo ad gustandū  
in spiritu tuā suauitatē: que in hoc  
sacramēto tāq̄ in fonte plenarie la-  
tet. Illumina q̄z oculos meos ad  
intuedū tātū mysteriū: et ad credē-  
dū illud indubitata fide me roborā  
Est enim opatio tua nō hūana po-  
tentia. tua sacra institutio nō hoīs  
adinuētio. Non enim ad hęc capi-  
enda et intelligēda aliq̄ idone' p se  
reperit: que angelicā etiā subtilita-  
tē trāscendūt. Quid ḡ ego peccator  
idign' terra et cinis de tā alto sacro



secreto potero investigare et capere: Dñe in simplicitate cordis. in bona firma fide et in tua iussione ad te cum spe et reuerentia accedo. et vere credo quod tu presens es hic in sacramento deus et homo. Vis ergo ut te suscipiam et meipsum tibi in charitate uniam. Un tuam precor clemenciam et speciale ad hoc implozo mibi donari gratiam ut totus in te liquefiam et amore perfuam atque de nulla aliena consolatione amplius me intromittam. Est enim hoc altissimum et dignissimum sacramentum salus anime et corporis. medicina omnis spiritualis languoris. in quo vitia mea curant. passiones frenant. tentationes vincunt ac minuunt. gratia maior infunditur. virtus incepta auget. firmatur fides. spes roboratur: et charitas ignescit ac dilatatur. Multa namque bona largitus es et adhuc sepius largiris in sacramento dilectis tuis deuote coicantibus deus meus susceptor anime mee. reparator infirmitatum humane et totus dator consolationis interne. Nam multa ipsis consolationem aduersus varias tribulationes infundis et de imo deiectionis propriam ad spem tue preteritionis erigis. atque noua quadam gratia eos intus recreas et illustras: ut qui anxii primus et sine affectione se ante coionem senserant. postea refecti cibo potuque celesti in melius se mutatos inueniant. Quod idcirco cum electis tuis ita dispensans agis ut veraciter agnoscant et patenter expiant quod nihil ex semetipsis habeant et quod bonitatis ac gratie ex te consequantur. quod ex semetipsis frigidi duri ac indeuoti. ex te autem feruentes alacres et

deuoti esse merentur. Quis enim ad fontem suauitatis humiliter accedens non modicum suauitatis inde reportat? Aut quis iuxta ignem copiosum stans non parum caloris inde percipit? Et tu fons es semper plenus et superhabundans ignis iugiter ardens et nunquam deficiens. Un si mihi non licet haurire de plenitudine fontis nec usque ad satietatem potare. apponam tamen os meum ad foramen celestis fistule ut saltem inde guttulam modicam capiam ad refocillandam sitim meam ut non penitus exarescam. Et si necdum totus celestis et tam ignitus ut seraphin et cherubin esse possim. conabor tamen deuotioni insistere et cor meum preparare ut uel modicam diuini incendii flammam ex humili sumptione uiuifici sacramenti conquiram. Quicquid autem mihi deest bone ihu saluator sanctissime. tu pro me supple benigne ac gratiose: qui omnes ad te dignatus es vocare. dicens: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Ego quidem laboro in sudore vultus mei. dolore cordis torqueo. peccatis onero. tentationibus inquieto. multis malis passionibus implicor et premo: et non est qui adiuet. non est qui liberet et saluum faciat nisi tu dñe deus saluator meus cui committo me et omnia mea ut me custodias et producas in vitam eternam. Suscipe me in laudem et gloriam nominis tui qui corpus tuum et sanguinem in cibum et potum mihi parasti. Presta dñe deus salutaris meus ut cum frequentatione mysterii tui crescat meum deuotionis affectus.

De dignitate sacramenti ⁊ statu  
sacerdotali Cap. v.

**S** haberes angelicā puri-  
tatē ⁊ sancti iohis baptiste  
sanctitatē. nō esses dignus  
hoc sacramentum accipere nec tra-  
ctare. Nō enim hoc meritis debet  
hoīz q̄ homo consecret ⁊ tractet  
xp̄i sacramentū ⁊ sumat in cibū pa-  
nem angeloz. Grande mysteriū ⁊  
magna dignitas sacerdotū. quibus  
datum est quod angelis nō est con-  
cessum. Soli nāq; sacerdotes in ec-  
clesia rite ordinati potestātē habēt  
celebrandi ⁊ corpus xp̄i cōsecrandi.  
Sacerdos quidem minister est dei  
vtens verbo dei per iussionē ⁊ insti-  
tutionē dei. Deus autem ibi princi-  
palis ē auctor ⁊ iuisibilis operator.  
cui subest omne qđ voluerit. ⁊ paret  
omne quod iusserit. Plus ergo cre-  
dere debes deo oīpotenti in hoc ex-  
cellētissimo sacramēto q̄ pprio sen-  
sui aut alicui signo visibili. Ideoq;  
cum timore ⁊ reuerentia ad hoc op̄  
est accedendū. Attende igitur ⁊ vi-  
de cuius ministeriū tibi traditū est  
per ipositionē manū episcopi. Ecce  
sacerdos factus es ⁊ ad celebrandū  
consecratus. vide nunc ut fideliter  
⁊ deuote in suo tempore deo sacrifi-  
ciū offeras ⁊ teipsum irreprehensi-  
bilem exhibeas. Non alleuisti on-  
tū. sed artiori iam alligat⁹ es vin-  
culo disciplinē ⁊ ad maiorē teneris  
perfectionē sanctitatis. Sacerdos  
omnibus virtutib⁹ debet esse orna-  
tus ⁊ alijs bonę vitę exemplū p̄-  
bere. Eius cōuersatio non cum po-

pularibus ⁊ coibus hoīz vīs: sed  
cum angelis in celo aut cū perfectis  
viris in terra. Sacerdos sacris ve-  
stib⁹ indutus xp̄i vices gerit. ut deū  
pro se ⁊ p̄ omni populo suppliciter  
⁊ humili⁹ roget. Habet nāq; ante  
se ⁊ retro dominicę crucis signū ad  
memorandā iugiter xp̄i passionem.  
Ante se crucē in casula portat ut xp̄i  
vestigia diligenter inspiciat ⁊ sequi  
feruēt studeat. Post se cruce signat⁹  
ē ut aduersa quęlibet illata ab alijs  
clementē p̄ deo toleret. Ante se cru-  
cem gerit ut ppria peccata lugeat.  
post se. ut alioz etiā cōmissa p̄ com-  
passionē defleat. ⁊ se mediū int̄ deū  
⁊ peccatorē cōstitutū esse sciat: nec  
ab oratione nec ab oblatiōe sancta  
torpescat: donec gratiā ⁊ misericor-  
diā ipetrare mereat. Quā sacerdos  
celebrat. deū honorat. angelos leti-  
ficat. ecclesiā edificat. viuos adiu-  
uat. defunctis requiē prestat: ⁊ sese  
oīuz bonoz participē efficit.

Interrogatio de exercitio ante  
cōmunionem Cap. vi.

**Q**uam tuam dignitatē dñe ⁊  
meā vilitatem penso. valde  
cōtremisco ⁊ in meipso cō-  
fundo. Si enim nō accedo. vitam  
fugio. ⁊ si indigne me ingessero of-  
fensam incurro. Quid ḡ faciā deus  
me⁹ auxiliator me⁹ ⁊ cōsiliator i ne-  
cessitatib⁹? Tu doce me viā rectā:  
ppone breue aliquod exercitiū sacre  
cōmunioni cōgruū. Utile est enim  
scire qualit̄ scilicet deuote ac reuerētē  
tibi p̄parare debeā cor meū ad re-  
cipiendū salubriter tuū sacramentū

seu etiā celebrandum tam magnum  
z diuinum sacrificium.

De discussione proprię cōsciētię z  
emēdatiōis pposito Cap. vii.

**S**uper oia cū sūma humili-  
tate cordis z supplici reue-  
rētia cū plena fide z pia in-  
tentione honoris dei ad hoc sacra-  
mētū celebrādū tractādū z sumēdū  
oportet dei accedere sacerdotē. Dili-  
gentē examina cōsciētiā tuā z ppos-  
se tuo vera cōtritiōe z humili cōfes-  
sione eam nuda z clarifica ita ut nil  
graue habeas aut scias qđ te remor-  
deat z liberū accessū impediāt. Habe-  
as displicentiā oīuz peccatorū tuorū  
in generali. z p quotidianis excessi-  
bus magis in speciali doleas z ge-  
mas: Et si temp' patit' deo ī secreto  
cordis cūctas pfitere passionū tuarū  
miserias. Ingemisce z dole qđ ad-  
huc ita carnalis sis z mūdān' tam  
imortificat' a passiōib'. tā plen' cō-  
cupiscētiarū motib'. tam incustodit'  
in sensib' exteriorib'. tā sepe multis  
vanis fantasijs īplicatus. tā multū  
inclinat' ad exteriora. tā negligens  
ad interiora. tā leuis ad risū z disso-  
lutionē. tā durus ad fletū z cōpūcti-  
onē. tā prompt' ad laxiora z carnis  
comoda. tā segnis ad rigorē z fer-  
uorē. tā curiosus ad noua audienda  
z pulchra intūēda. tam remissus ad  
humilia z abiecta amplectēda. tam  
cupidus ad multa habenda: z tam  
parcus ad dandū. tam tenax ad re-  
tinendū. tā incōsiderat' in loquēdo  
tā incontīnēs ad tacendū. tā incō-  
positus in morib'. tam īportun' in

actibus. tā effusus sup cibū. tā sur-  
dus ad dei verbū. tā velox ad quie-  
tē. tā tardus ad laborē. tā vigilans  
ad fabulas. tā somnolētus ad vigi-  
lias sacras. tam festin' ad finē. tam  
vagus ad attendendū. tā negligens  
in horis p̄soluēdis. tā repidus in ce-  
lebrando. tā aridus in coicando. tā  
cito distract'. tā raro tibi bene col-  
lectus. tā subito cōmor' ad iram. tā  
facilis ad alteri' displicētiā. tā pro-  
nus ad iudicandū. tā rigidus ad ar-  
guendū. tā letus ad p̄spera. tam de-  
bilis ī aduersis. tā sepe multa bona  
p̄ponens z modicū ad effectū pdu-  
cens. His z alijs defectibus tuis cū  
doloze z magna displicētia proprię  
infirmitatis confessis ac deploratis  
firmū statue p̄positū semper emen-  
dādi vitā tuā z in melius p̄ficiēdi.  
Deinde cū plena resignatiōe z inte-  
gra volūtate offer teipsū in honorē  
nois mei ī ara cordis tui holocau-  
stū p̄petuū. corp' tuū scilicet z animā  
mibi fideliter cōmittēdo. quatenus  
sic digne merearis ad offerēdū deo  
sacrificiū accedere z sacramētū cor-  
poris mei salubriter suscipere. Non  
est enim oblatio dignior z satisfā-  
ctio maior pro peccatis diluendis q̄  
seipsū pure z integre cū oblatione  
corporis xp̄i in missa z īcoione deo  
offerre. Si homo fecerit qđ in se est  
z vere penituerit. quotienscūq; pro-  
venia z gratia ad me accesserit. vi-  
uo ego dicit dñs: qz nolo mortē pec-  
catoris sed magis ut cōuertat' z vi-  
uat. qm̄ peccatorū suorū nō recorda-  
bor: ampli' s; cūcta sibi indulta erūt

De oblatione xpi in cruce ⁊ pro-  
pria resignatione Cap. viij.

**S**icut ego meipsum expansis  
in cruce manibus ⁊ nudo cor-  
pore pro peccatis tuis deo  
patri sponte obtuli ita ut nihil in me  
remaneret quin totum in sacrificium  
diuine placationis transierit: ita de-  
bes ⁊ tu te metipsum mihi voluntarie  
in oblationem puram ⁊ sanctam quoti-  
die in missa cum omnibus viribus ⁊ affe-  
ctibus tuis quanto intimius vales  
offerre. Quid magis a te requiro quam  
ut te studeas mihi ex integro resi-  
gnare? Quicquid preter te ipsum das  
nihil curo. quia non quero datum tuum sed  
te. Sicut non sufficeret tibi omnibus ha-  
bitis preter me. ita nec mihi placere  
poterit quicquid dederis te non oblato  
Offer te mihi ⁊ da te totum pro deo  
⁊ erit accepta oblatio. Ecce ego me  
totum obtuli patri pro te. dedi etiam totum  
corpore meum ⁊ sanguinem in cibum ut totus  
tuus essem ⁊ tu meum permaneres. Si  
autem in teipso steteris nec sponte te  
ad voluntatem meam obtuleris. non est  
plena oblatio nec integra erit inter  
nos unio. Ideo omnia opera tua pre-  
cedere debet spontanea tuipsum in  
manus dei oblatio si libertate con-  
sequi vis ⁊ gratiam. Ideo tam pauci il-  
luminati ⁊ liberi inter efficiunt. quia se-  
ipsum ex toto abnegare nesciunt. Est  
firma sententia mea. nisi quis renuncia-  
uerit omnibus. non potest me esse discipulum.  
Tu si optas me esse discipulum. offer  
teipsum mihi cum omnibus affectibus tuis.

**D**omine nos ⁊ omnia nostra deo debemus  
offerre ⁊ pro omnibus orare Cap. ix  
Domine omnia tua sunt que in celo

sunt ⁊ in terra. Desidero meipsum tibi in  
spontanea oblatione offerre ⁊ tuus  
perpetue permanere. Domine in simplicitate  
cordis mei offero meipsum tibi hodie  
in seruum sempiternum. in obsequium ⁊ sa-  
crificium laudis perpetue. Suscipe me  
cum hac sancta oblatione tui preciosi corporis  
quam tibi hodie in presentia angelorum  
inuisibiliter assistentium offero. ut sit pro  
me ⁊ pro cuncto populo tuo in salutem.  
Domine offero tibi omnia peccata ⁊ delicta  
mea que commisi coram te ⁊ sanctis an-  
gelis tuis a die quo primum peccare  
potui usque ad diem hanc. super placabili  
altari tuo. ut tu omnia pariter incendas  
⁊ comburas igne charitatis tue. ⁊ de-  
leas vniuersas maculas peccatorum  
meorum: ⁊ conscientiam meam ab omni delicto  
emundes. ⁊ restituas mihi gratiam tuam  
quam peccando amisi. omnia mihi plene  
indulgedo ⁊ in osculum pacis me mi-  
sericorditer assumendo. Quid possum  
agere pro peccatis meis nisi humiliter ea  
confitendo ⁊ lamentando ⁊ tuam propitiati-  
onem incessanter deprecando? Depreco: te  
exaudi me propitium ubi asto coram te de-  
meus. Quia peccata mea mihi maxime  
displicent. Nolo ea unquam amplius prope-  
trare sed pro eis doleo ⁊ dolebo quam diu  
vixero. paratim penitentiam agere ⁊ pro-  
posse satisfacere. Dimitte mihi de-  
dimitte mihi peccata mea. propter nomen  
sanctum tuum salua animam meam quam precio-  
so sanguine tuo redemisti. Ecce com-  
mitto me misericordie tue. resigno  
me in manibus tuis. age mecum secundum boni-  
tatem tuam. non secundum meam malitiam ⁊ ini-  
quitate. Offero etiam tibi omnia bona  
mea queuis valde pauca ⁊ imperfecta ut  
tu ea emendes ⁊ sanctifices. ut ea gra-

ta babeas et accepta tibi facias et sp  
ad meliora trahas. nec non ad beatum  
et laudabile finem me pigrum et inutile  
hominationem producas. Offero quoque  
tibi omnia desideria deuotorum. necessi-  
tates parentum. amicorum. fratrum. sororum  
omniumque charorum meorum et eorum qui mihi  
uel alijs propter amorem tuum bene fecerunt  
et qui orationes et missas pro se suisque omnibus  
dici a me desiderauerunt et petierunt  
siue in carne adhuc uiuant siue iam seculo  
defuncti sint. ut omnes sibi auxilium  
gratie tue. operam consolationis. protectio-  
nem a periculis. liberationem a penis  
aduenire sentiant: et ut ab omnibus malis  
erepti gratias tibi magnificas leti pro-  
soluant. Offero etiam tibi preces et ho-  
stias placationis pro illis spiritaliter qui me in  
aliquo leserunt. contristauerunt aut vitu-  
perauerunt uel aliquid damnum uel gra-  
uam intulerunt. pro his quibus omnibus quos  
aliquando contristavi. conturbavi. grauavi  
et scandalizavi. uerbis. factis. scienter  
et ignoranter. ut nobis omnibus pariter indul-  
geas peccata nostra et mutuas offensi-  
ones. Aufer domine a cordibus nostris  
omnem suspicionem. indignationem. iram  
et disceptationem: et quicquid potest cha-  
ritate ledere et fraternam dilectionem  
minuere. Miserebere miserere domine  
misericordiam tuam poscentibus. da gratiam  
indigentibus: et fac nos tales existere  
ut simus digni gratia tua perfrui:  
et ad uitam proficiamus eternam Amen.

De sacra coio de facili non est  
relinquenda Cap. x.

**A** Requenter recurrendum est ad  
fontem gratie et diuine mis-  
ericordie. ad fontem bonitatis  
et totius puritatis. quatenus a passionibus

tuis et uitijs curari ualeas et contra  
uniuersas tentationes et fallacias dia-  
boli fortior atque vigilantior effici  
merearis. Inimicus sciens fructum et re-  
medium maximum in sacra coione positum  
omni modo et occasione nititur fideles et  
deuotos quantum preualet retrahere et  
impedire. Cum enim quidam sacre coioni  
se aptare disponunt. peiores satanae  
inimicos patiuntur. Ipse enim nequam spiritus  
ut in Job scribitur uenit inter filios dei  
ut solita eius nequitia perturbet aut ti-  
midos nimium reddat et propleros quatenus  
affectum eorum minuat uel fidem ipu-  
gnando auferat. si forte aut omnino coio-  
nem relinquat aut cum tepore accedat.  
Sed non est quicquam curandum de uersutis  
et fantasys illius quantumlibet turpibus et  
horridis sed cuncta fantasmata in caput  
eius sunt retorquenda. Continendum est mi-  
ser et deridendus. nec propter insultum eius et  
comotiones quas suscitatur sacra est omit-  
tenda coio. Sepe etiam impedit nimia  
solicitude pro deuotione habenda et  
anxietates quedam de confessione faci-  
enda. Age secundum consilium sapientium et de-  
pone anxietatem et scrupulum: quia gratiam  
dei impedit et deuotionem mentis destruit  
Propter aliquam paruam tribulationem  
uel grauitatem. sacra ne dimittas co-  
munionem: sed uade citius confiteri et  
omnes offensiones alijs libenter indulge.  
Si vero tu aliquem offendisti. veniam hu-  
militate precare et deus libenter indulget  
tibi. Quid prodest diu tardare confes-  
sionem aut sacra differre coionem? Ex-  
purga te cum primis. expue uelociter ue-  
nenum. festina accipe remedium. et sen-  
ties melius quam si diu distuleris. Si ho-  
die propter istud dimittis. cras forsitan

illud magis eueniet. et sic diu posses  
a coione impediri et magis ineptus  
fieri. Quanto igitur citius uales. a pre-  
senti grauitate et inertia te excurias  
quod: nihil importat diu anxari. diu cum  
turbatione transire et ob quotidiana  
obstacula se a diuinis sequestrare:  
imo plurimum nocet diu coione pre-  
lari. nam et graue torpore consuevit in-  
ducere. Proh dolor quodam tepidi et disso-  
luti moras confitendi libere accipiunt. et  
coione sacra idcirco differre cupiunt  
ne ad maiorem sui custodiam se dare te-  
neant. Huiusmodi modicam charitatem et  
debilem deuotionem habent qui sacra  
coione tam facile postponunt. Quod felix  
ille et deo acceptus habetur qui sic uiuit et  
tali puritate conscientiam suam custodit  
ut etiam omni die coicari paratus et bene  
affectatus esset si ei liceret et sine nota  
agere posset. Si quis interdum abstinere  
humilitatis gratia aut legitima impediente  
causa. laudandum est de reuerentia. Si  
autem torpor obrepserit seipsum excitare  
debet et facere quod in se est et dominus ad-  
erit desiderio suo pro bona uoluntate  
quam specialiter respicit. Cum uero legiti-  
me prepeditus est. habebit semper bonam  
uoluntatem et piam intentionem coicandi. et  
sic non carebit fructu sacramenti. Dicitur  
enim quilibet deuotus omni die et omni hora  
ad spirituale christi coionem salubriter et  
sine prohibitione accedere: et tamen certis  
diebus et statuto tempore corporis sui re-  
deptoris cum affectuosa reuerentia sa-  
cramentaliter debet suscipere: et magis  
laudem dei et honorem preterdere quam suam  
consolationem querere. Nam toties  
mystice coicat et inuisibiliter reficitur  
quoties incarnationis christi mysterium

passionemque deuoterecolit et in amore  
eius accedit. Qui aliter se non preparat  
nisi instate festo uel consuetudine com-  
pellere. sepius imparatus erit. Beatus qui se  
domino in holocaustum offert quoties ce-  
lebrat aut coicat. Non sis in celebrando  
nimis plenus aut festinus sed serua bonum  
comunem modum cum quibus uiuis. Non  
debes aliis generare molestiam et te-  
dium sed comunem serua uiam secundum maiorum  
institutionem. et potius aliorum seruire  
utilitati quam prope deuotiori uel affectui  
De corpore christi et sacra scriptura  
maxime sint anime fidei ne-  
cessaria. Cap. xi.

**O** Dulcissime domine ihesu quanta est  
dulcedo deuote anime tecum  
epularis in conuiuio tuo. ubi  
ei non alius cibus manducandus proponitur  
nisi tu unicus dilectus eius super omnia desi-  
deria cordis eius desiderabilis. Et  
mibi quidem dulce foret in presentia  
tua ex intimo affectu lachrymas fun-  
dere: et cum pia magdalena pedes tuos  
lachrymis irrigare. Sed ubi est  
hec deuotio. ubi lachrymarum san-  
ctarum copiosa effusio? Certe in conspe-  
ctu tuo et sanctorum angelorum tuorum totum  
cor meum ardere deberet et ex gaudio  
flere. Habeo enim te in sacramento  
uere presentem. quousque aliena specie oc-  
cultatum. Non in propria et diuina cla-  
ritate te conspiceret oculi mei ferre non  
possent: sed neque totum mundum in fulgore  
glorie maiestatis tue subsisteret. In  
hoc ergo ibecillitati mee consulis quod  
te sub sacramento abscondis. Ha-  
beo uere et adoro quem angeli adorant  
in celo: sed ego adhuc interim in fide  
illi autem in specie et sine uelamine.

Ne oportet cōtentū esse in lumine  
 vere fidei ⁊ in ea ambulare donec  
 aspiret dies eterne claritatē ⁊ vmbre  
 figurarū inclinēt. Cū autē venerit  
 quod pfectū ē. cessabit vsus sacramen-  
 torū. qz beati i gloria celesti nō egēt  
 medicamine sacramentali. gaudent  
 enī sine fine i p̄sēntia dei. facie ad  
 faciē gloriā eius specularē ⁊ de cla-  
 ritate i claritatē abyssalis deitatis  
 trāssōmati gustāt verbū dei carnē  
 factū; sicut fuit ab initio ⁊ manet i  
 eternum. Ademor horū mirabiliū  
 graue mihi fit tediū etiā quodlibet  
 spirituale solatiū. qz q̄ diu dñm meū  
 aperte in sua gloria nō video. p ni-  
 hilo duco omne quod in mūdo cōspi-  
 cio ⁊ audio. Testis es tu mihi deus  
 q̄ nulla potest me res cōsolari. nulla  
 creatura quietare nisi tu deus meus  
 quē desidero eternaliter cōtēplari.  
 S; nō est hoc possibile durāte me  
 in hac mortalitate. Ideo oportet ut  
 me ponā ad magnā patientiā ⁊ me  
 ipsū in oī desiderio tibi submittā.  
 Nā ⁊ sancti tui dñe qui tecū iam in  
 regno celoz exultāt. i fidez patiētia  
 magna dū viuerēt aduētū glorię tuę  
 expectabāt. Quod illi crediderunt  
 ego credo. quod illi sperauerūt ego  
 spero. quo illi puenerūt p gratiā tuā  
 me venturū cōfido. Ambulabo ite-  
 rim i fide exēplis cōfortat⁹ sanctorū.  
 Habeo etiā libros sanctos p sola-  
 tio ⁊ vite speculo; atqz sup hęc oīa  
 sanctissimū corp⁹ tuū pro singulari  
 remedio ⁊ refugio. Duo nāqz mihi  
 necessaria pmarime sentio i hac vi-  
 ta. sine quib⁹ mihi iportabilis foret

ista miserabilis vita In carcere cor-  
 poris hui⁹ detent⁹ duobus me egere  
 fateor. cibo scilicet ⁊ lumine. Dedisti  
 itaqz mihi infirmo sacrū corp⁹ tuū  
 ad refectionem mētis ⁊ corporis. ⁊  
 posuisti lucernā pedib⁹ meis verbū  
 tuū. Sine his duobus bene viuere  
 non possem. nā verbū dei lux anime  
 meę; ⁊ sacramentū tuū panis vite.  
 Hęc possūt etiā dici mēse due hinc ⁊  
 inde i gacophylatio sanctę ecclesię  
 positę. Una mensa est sacri altaris  
 habēs panē sanctū. id est corp⁹ xp̄i  
 preciosū. Altera est diuinę legis cō-  
 tinēs doctrinā sanctā. erudiēs fidē  
 rectā. ⁊ firmiter vsqz ad iteriora ve-  
 laminis vbi sūt sancta sanctorū per-  
 ducēs. Gratias tibi dñe ihu lux lu-  
 cis eterne pro doctrine sacre mensa  
 quā nobis p seruos tuos. pphetas ⁊  
 aplos aliosqz doctores ministrasti.  
 Gratias tibi creator ⁊ redemptor  
 hoīuz qui ad declarandā toti mūdo  
 charitatē tuā cenā parasti magnā. i  
 qua non agnū typicū s; tuū sanctis-  
 simū corpus ⁊ sanguinē proposuisti  
 māducādū. letificās omnes fideles  
 cōuiuio sacro ⁊ calice inebriās salu-  
 tari; in quo sunt omnes delitię pa-  
 radisi. ⁊ epulāt nobiscū angeli san-  
 cti. sed suauitate feliciori. Quod q̄ ma-  
 gnū ⁊ honorabile est officiū sacer-  
 dotū quib⁹ datū ē dñm maiestatis  
 verbis sacris cōsecrare. labijs bene-  
 dicere. manibus tenere. ore proprio  
 sumere; ⁊ ceteris ministrare. Quod q̄  
 munde debēt esse man⁹ ille. q̄ purū  
 os. q̄ sanctū corpus. q̄ imaculatum  
 erit cor sacerdotis; ad quē totiens

ingreditur auctor puritatis. Et ore  
sacerdotis nihil nisi sanctum. nihil nisi  
honestum et utile. procedere debet verbum  
qui tam sepe christi accipit sacramentum  
Oculi eius simplices et pudici. quod christi  
corpus solent intueri. Adan pure et in  
caelum eleuare. que creatoris celi et terre  
solent contrectare. Sacerdotibus spe-  
cialiter in lege dicit. Sancti estote  
quoniam ego sanctus sum dominus deus vester.  
Adiuuet nos gratia tua omnipotens  
deus ut qui officium sacerdotale susce-  
pimus. digne ac deuote tibi in omni pu-  
ritate et conscientia bona famulari  
valeamus. Et si non possumus in tanta  
innocentia vite conuersari ut debemus.  
concede nobis tamen digne flere mala  
que gessimus. ut in spiritu humilitatis  
ac bonae voluntatis. proposito tibi fer-  
uentius de cetero deseruire valeamus.

Quae magna diligentia se debeat coi-  
caturus christo preparare Cap. xii.

**E**go sum puritatis amator  
et datus omnis sanctitatis. Ego  
cor purum quero. et ibi est locus  
requietionis meae. Para mihi cena-  
culum grande stratum: et faciam apud te  
pascha cum discipulis meis. Si vis ve-  
niam ad te et apud te maneam: expurga  
vetus fermentum et munda cordis tui ha-  
bitaculum. Exclude totum seculum et omnem  
vitiolorum tumultum. sede tanquam passer  
solitarius in tecto. et cogita excessus  
tuos in amaritudine animae tuae. Dis  
namque amans suo dilecto amatori  
optimum et pulcherrimum preparat lo-  
cum. quod in hoc cognoscitur affectus sus-  
cipientis dilectum. Scito tamen te non  
posse satisfacere huic preparationi ex

merito tuae actionis etiam si per integrum  
annum te preparares et nihil aliud in  
mente haberes: Sed ex sola pietate  
et gratia mea permittis ad mensam  
meam accedere. ac si medicus ad praedium  
vocaretur diuitis. et ille nihil aliud  
habeat ad retribuendum beneficiis  
eius nisi se humiliando et regratiando.  
Fac quod in te est et diligenter facito  
non ex consuetudine. non ex necessi-  
tate. sed cum timore et reuerentia et affe-  
ctu accipe corpus dilecti domini dei tui  
dignatus ad te venire. Ego sum qui  
vocauimus. ego iussi fieri. ego supplebo  
quod tibi deest: veni et suscipe me.  
Cum gratiam deuotionis tribuo. gratias  
age deo tuo. non quod dignus es sed quod  
tui misertus sum. Si non habes sed  
magis aridum te sentis. in iste orationi  
ingemisce et pulsa. nec desistas do-  
nec merearis micam aut guttulum gratiae  
salutaris accipere. Tu mei indiges  
non ego tui indigeo. Nec tu me san-  
ctificare venis. sed ego te sanctifica-  
re et meliorare venio. Tu venis ut  
ex me sanctificeris et mihi uniaris  
ut nouam gratiam recipias et de nouo  
ad emendationem accendaris. Noli  
negligere hanc gratiam. semper prepa-  
ra cum omni diligentia cor tuum et in-  
troduc ad te dilectum tuum. Oportet  
autem ut non solum te prepares ad de-  
uotionem ante coionem sed ut etiam te  
sollicite conserues in ea post sacra-  
menti perceptionem. Nec minor custo-  
dia post exigit. quam deuota preparatio  
prius. Nam bona postmodum custo-  
dia. optima iterum est preparatio ad  
maioris gratiam consequendam. Ex eo



quippe valde indispositus quis red-  
ditur. si statim fuerit nimis effusus  
ad exteriora solatia. *Luce a multi-  
loquio. mane in secreto; et fructu deo  
tuo. Ipsum enim habes. quod totus  
mundus tibi auferre non potest. Ego  
sui cui te totum dare debes. ita ut iam  
ultra non in te sed in me absque om-  
ni sollicitudine viuas.*

*De toto corde anima deuota  
christi unionem in sacramento af-  
fectare debet. Cap. xiiij.*

**Q**uis mihi det domine ut inue-  
niam te solum et aperiam tibi  
totum cor meum et fruatur te si-  
cut desiderat anima mea; et iam me  
nemo despiciat nec ulla creatura me  
moueat vel respiciat sed tu solus mi-  
hi loquaris et ego tibi. sicut solet di-  
lectus ad dilectum loqui; et amicus  
cum amico conuiuari. Hoc oro. hoc  
desidero ut tibi totus uniar; et cor  
meum ab omnibus creatis rebus ab-  
straham. magisque per sacramen-  
tum ac frequentem celebrationem  
celestia et eterna sapere discam. Ab  
domine deus quando ero tecum totus unier  
et absorber meique totaliter oblitus.  
Tu in me et ego in te. et sic nos pariter  
in unum manere concede. Vere tu es  
dilectus meus electus ex milibus. in  
quo conplacuit anime mee habitare  
omnibus diebus vite sue. Vere tu  
pacificus meus in quo pax summa  
et requies vera. extra quem labor et  
dolor et infinita miseria. Vere tu es  
deus absconditus; et consilium tuum  
non est cum impijs sed cum humili-  
bus et simplicibus sermo tuus. *De quo*

suavis est domine spiritus tuus; qui ut  
dulcedinem tuam in filios demon-  
strares. pane suauissimo de celo de-  
scendente illos reficere dignaris.  
Vere non est alia natio tam grandis  
que habeat deos appropinquantes  
sibi sicut tu domine noster ades vniuer-  
sis fidelibus tuis; quibus ob quoti-  
dianum solatium et cor erigendum in celsi-  
te tribuis ad edendum et fruendum.  
Que est enim alia gens tam incluta  
sicut plebs christiana; aut que creatura  
sub celo tam dilecta ut anima deuota  
ad quam ingreditur deus ut pascat eam  
carne sua gloriosa. *De ineffabilis  
gratia o admirabilis dignatio o amor  
imensus homini singulariter impen-  
sus. Sed quid retribuam domino pro gratia  
ista. pro charitate tam eximia. Non  
est aliud quod gratiam donare queam  
quam ut cor meum deo meo totaliter tri-  
buam et intime coniungam. Tunc exulta-  
bunt omnia interiora mea cum perfecte fue-  
rit unita deo anima mea. Tunc dicet  
mihi si tu vis esse mecum. ego volo esse  
tecum. Et ego respondebo illi. Digna-  
re domine manere mecum ego volo libenter  
esse tecum. Hoc est totum desiderium meum  
ut cor meum tibi sit unitum.*

*De quorundam deuotorum ardenti de-  
siderio ad corpus christi. Cap. xiiii.*

**Q**ue magna multitudo dul-  
cedinis tue domine quam abscondisti  
timoribus te. Quando recordor deuoto-  
rum aliquorum ad sacramentum  
tuum domine cum maxima deuotione et affe-  
ctu accedentium. tunc sepe in meipso  
confundo; et erubescio quod ad altare  
tuum et sacre communionis mensam

tam tepide et frigide accedo. quod ita aridus et sine affectione cordis maneo. et quod non sum totaliter accensus coram te deo meo nec ita vehementer attractus et affectus sicut multi deuoti fuerunt: qui pro nimio desiderio coniunctionis et sensibili cordis amore a fletu se non potuerunt continere. sed ore cordis et corporis pariter ad te deum fontem viuum medullitus inhiabant. suam esuriem non valentes aliter temperare nec satiare nisi corpus tuum cum omni iocunditate et spirituali auiditate accepissent. **O** vera ardens fides eorum. probabile existens argumentum sacre presentie tue. Isti enim veraciter cognoscunt deum suum in fractione panis: quorum cor tam valide ardet in eis de ihesu ambulante cum eis. Longe est a me sepe talis affectus et deuotio. tam vehemens amor et ardor. Esto mihi propitius ihesu bone dulcis et benigne et concede pauperi mendico tuo uel interdum modicum de cordiali affectu amoris tui in sacra coniunctione sentire. ut fides mea magis conualescat. spes in bonitate tua perficiat: et charitas semel perfecte accensa et celeste manna experta nunquam deficiat. Potens est autem misericordia tua etiam gratiam desideratam mihi prestare et in spiritu ardoris cum dies beneplaciti tui aduenierit me clementissime visitare. **E**t enim licet tanto desiderio tam specialium deuotorum tuorum non ardeo. tamen de gratia tua illius magni inflammati desiderii desiderium habeo orans et desiderans omnium talium feruidorum

amatorum tuorum participem me fieri. ac eorum sancto consortio annumerari.

**Q**uod gratia deuotionis humilitate et suipsius abnegatione acquiritur **Cap. xv.**

**O**portet te deuotionis gratiam instanter querere. indefinenter petere. patienter et fiducialiter expectare. gratanter recipere. humiliter conseruare. studiose cum ea operari. ac deo tempore et modo superne visitationis donec veniat committere. Humiliare precipue te debes cum parum aut nihil deuotionis interius sentis. sed non nimium deici nec inordinate contristari. Dat sepe deus in vno breui momento quod longo negauit tempore. Dat etiam quando in fine quod in principio orationis largire distulit. Si semper cito gratia daretur et pro voto adesset. non esset infirmo homini bene portabile. Propterea in bona spe et humili patientia expectanda est deuotionis gratia. Tibi tamen et peccatis tuis imputa cum non dat uel etiam occulte tollit. Modicum quandoque est quod gratiam impedit et abscondit si tamen modicum et non potius grande dici debeat quod tantum bonum prohibet. Et si hoc ipsum modicum uel gratia de amoueris et perfecte viceris. erit quod petisti. Statim namque ut te deo ex toto corde tradideris nec hoc uel illud pro tuo libitu seu velle quesieris sed integre te in ipso posueris. unitum te inuenies et pacatum: quia nil ita bene sapiet et placebit sicut beneplacitum diuine voluntatis.

Quisquis ergo intentionē suā simplici corde sursum ad deū leuauerit seqz ab omni inordinato amore seu displicētia cuiuslibet rei creatę euauerit. aptissimus gratię percipiendę ac dignus deuotionis munere erit. Dat enim dñs ibi benedictionē suam vbi vasa vacua inuenerit. Et quāto pfecti⁹ quis infimis renūciauerit ⁊ magis sibiipsi p contemptū sui morit. tāto gratia celerius venit copiosius intrat ⁊ altius liberū cor eleuat. Tūc videbit ⁊ affiuet ⁊ mirabitur ⁊ dilatabit cor eius in ipso qz manus dñi cū eo: ⁊ ipse se posuit totaliter i manu ei⁹ vsqz in sculū. Ecce sic benedicet homo qui querit deū i toto corde suo nec in vanū accipit animā suā. Hic in accipiēdo sacram eucharistiam magnam promeretur diuinę vnionis gratiā: qz non respicit ad ppriā deuotionē ⁊ consolationē; sed ad dei gloriā ⁊ honorem.

De necessitates nostras xpo aperire ⁊ ei⁹ gratiā postulare debemus. Cap. xvi.

**O** Dulcissime atqz amantissime dñe quē nūc deuote desidero suscipere tu scis infirmitatē meā ⁊ necessitatē quā patior: in quantis malis ⁊ vitis iaceo q̄ sepe sum grauatus. tentatus. turbatus ⁊ inquinatus. Pro remedio ad te venio. pro consolatione ⁊ subleuamine te deprecor. Ad oia sciētē loquor: cui manifesta sunt oia interiora mea: ⁊ qui sol⁹ potes me pfecte consolari ⁊ adiuuare. Tu scis

quibus bonis indigeo p̄ oibus. ⁊ q̄ pauper sum in virtutib⁹. Ecce sto ante te pauper ⁊ nudus gratiā postulans ⁊ misericordiā iplozās. Refice esurientē mendicū tuū. accende frigiditatē meā igne amoris tui. illumina cecitatem meā claritate p̄sentię tuę. Uerte mihi omnia terrena in amaritudinē. omnia graua ⁊ contraria in patientiā. oia infima ⁊ creata in cōtemptū ⁊ obliuionē. Erige cor meū ad te in celū. ⁊ ne dimittas me vagari sup terrā. Tu solus mihi ex hoc iam dulcescas vsqz in sculū. qz tu solus cibus ⁊ potus meus. amor meus ⁊ gaudiū meum. dulcedo mea ⁊ totum bonū meum. Utinā me totaliter ex tua p̄sentia accēdas. cōbures: ⁊ in te transmutes. ut vnus tecū efficiar spirit⁹ per gratiam internę vnionis ⁊ liquefactionē ardentis amoris. Ne patiaris me ieiunū ⁊ aridū a te recedere sed operare mecū misericorditer sicut sepius operar⁹ es cū sanctis tuis mirabiliter. Quid mirū si totus ex te ignescerē ⁊ in meipso deficerē cū tu sis ignis semp ardens ⁊ nūq̄ deficiens. amor corda purificans ⁊ intellectū illuminans?

De ardenti amore ⁊ vehemēti affectu suscipiēdi xpm. Vox discipuli. Cap. xvij.

**Q**uā sūma deuotione ⁊ ardenti amore. cum toto cordis affectu ⁊ feruore desidero te dñe suscipere. quemadmodū multi sancti ⁊ deuotę personę in cōmunicando te desiderauerunt: qui

tibi maxime in sanctitate vite pla-  
cuerunt: et in ardentissima deuotione  
fuerunt. O deus meus. amor eternus  
totum bonum meum. felicitas intermi-  
nabilis. cupio te suscipere cum vehe-  
mentissimo desiderio et dignissima  
reuerentia quam aliquis sanctorum unquam  
habuit et sentire potuit. Et licet in-  
dignus sum omnia illa sentimenta  
deuotionis habere. tamen offero ti-  
bi totum cordis mei affectum ac si  
omnia illa gratissime inflamata de-  
sideria solus haberem. Sed et que-  
cumque potest pia mens concipere et de-  
siderare. hec omnia tibi cum summa  
reuerentia ueneratione ac intimo  
fauore prebeo et offero. Nihil opto  
mibi reseruare sed me et omnia mea  
tibi sponte et libentissime imolare.  
Dne deus meus creator meus et re-  
demptor meus cum tali affectu. re-  
uerentia. laude et honore. cum tali  
gratitudine. dignitate et amore. cum  
tali fide. spe et puritate te affecto  
hodie suscipere. sicut te suscepit et  
desiderauit sanctissima mater tua  
gloriosa uirgo maria. quando ange-  
lo euangelicati sibi incarnationis my-  
sterium. humiliter et deuote respondit:  
Ecce ancilla dni fiat mihi secundum ver-  
bum tuum. Et sicut beatus precursor  
tuus excellentissimus sanctorum Jo-  
hannes baptista in presentia tua le-  
tabundus exultauit in gaudio spiritus  
sancti. dum adhuc maternis clau-  
deret uisceribus: et postmodum cer-  
nens inter homines ipsum ambulante  
valde se humilians deuoto cum affe-  
ctu dicebat: Amicus autem sponsi

qui stat et audit eum. gaudio gaudet  
propter uocem sponsi: sic et ego ma-  
gnis et sacris desideriis opto infla-  
mari et tibi ex toto corde me ipsum  
presentare. Unde et omnium deuotorum  
cordium iubilationes. ardentes affe-  
ctus. mentales excessus ac superna-  
les illuminationes et celestias visi-  
ones tibi offero et exhibeo cum om-  
nibus uirtutibus et laudibus ab omni  
creatura in celo et in terra celebra-  
tis et celebrandis pro me et omnibus  
mibi in oratione commendatis. qua-  
tenus ab omnibus digne lauderis  
et in perpetuum glorificeris. Accipe  
vota mea dne deus meus et desideria  
infinite laudationis et immense bene-  
dictionis que tibi secundum multitudinem  
ineffabilis magnitudinis tue iure  
debentur. Hec tibi reddo et reddere  
desidero per singulos dies et momenta  
temporum. atque ad reddendum mecum  
tibi gratias et laudes omnes cele-  
stes spiritus et cunctos fideles tuos  
precibus et affectibus inuito et exoro.  
Laudet te uniuersi populi. tribus et  
lingue. et sanctum ac mellifluum nomen  
tuum cum summa iubilatione et ardenti  
deuotione magnificet. Et quicumque  
reuerenter ac deuote altissimum sa-  
cramentum tuum celebrant et plena fide  
recipiunt. gratiam et misericordiam  
apud te inuenire mereantur et pro me  
peccatore suppliciter exorent. Cumque  
optata deuotione ac fruibili unio-  
ne potiti fuerint et bene consolati ac  
mirifice refectione et de sacra mensa ce-  
lesti abscesserint. mei pauperis re-  
cordari dignentur.

Quod homo non sit curiosus scrutator sacramenti; sed humilis imitator christi. subdendo sensum suum sacre fidei

Cap. xviii.

**A**uendum est tibi a curiosa et inutili perscrutatione huius profundissimi sacramenti si non vis in dubitationis profundum demergi. Qui scrutator est maiestatis. opprimet a gloria. Plus valet deus operari quam homo intelligere potest. Tolerabilis pia et humilis inquisitio veritatis. parata semper doceri et per sanas patrum sententias studens ambulare. Beata simplicitas que difficiles questionum relinquit vias et plana ac firma pergit semita mandatorum dei. Multi deuotionem perdididerunt dum altiora scrutari voluerunt. Fides a te exigitur et sincera vita. non altitudo intellectus neque profunditas mysteriorum dei. Si non intelligis nec capis que infra te sunt. quomodo comprehendes ea que supra te sunt? Subde te deo et humilia sensum tuum fidei. et dabitur tibi scientie lumen prout tibi fuerit utile ac necessarium. Quidam grauius tentant de fide ac sacramento; sed non est hoc ipsis imputandum. sed potius inimico. Noli curare. noli disputare cum cogitationibus tuis nec ad immissas a diabolo dubitationes responde; sed crede verbis dei. crede sanctis eius et prophetis et fugiet a te nequam inimicus. Sepe multum predest quod talia sustinet dei seruus. Nam infideles et peccatores non tentat quod secure iam possidet; fide-

les autem deuotos varijs modis tetat et verat. Perge ergo cum simplici et indubitata fide; et cum simplici reuerentia ad sacramentum accede. Quicquid intelligere non vales. deo omnipotenti secure committe. Non fallit te deus; fallit qui sibi nimium credit. Gradit deus cum simplicibus reuelat se humilibus. dat intellectum paruulis. aperit sensum puris mentibus. et abscondit gratiam curiosis et superbis. Ratio humana debilis est et falli potest; fides autem vera falli non potest. Omnis ratio et naturalis inuestigatio fide sequi debet; non precedere nec infringere. Nam fides et amor ibi maxime precellunt et occultis modis in hoc sanctissimo et superexcellensissimo sacramento operantur. Deus eternus et imensus infiniteque potentie facit magna et inscrutabilia in celo et in terra; nec est inuestigatio mirabilium operum eius. Si talia essent opera dei ut facile ab humana ratione caperentur; non essent mirabilia nec ineffabilia dicenda.


Explicit liber quartus et ultimus de sacramento altaris.


Johannis Berson cancellarii parisiensis. de contemptu mundi deuotum et utile opusculum finit M. cccc. lxxxiij. per Petrum losslein de langenceu alemanum Venetijs feliciter impressum.

Laus Deo.
















BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001959181



80

INSTITUT  
D'ESTUDIS CATALANS

BIBLIOTECA DE CATALUNYA

Núm. 1266/3

Armari

Prestatge Inc. 68

